HISTORIAE HUNGARICAE

FONTES DOMESTICI.

PARS PRIMA.

SCRIPTORES.

VOLUMEN III.

CHRONICON DUBNICENSE.

CHRONICON DUBNICENSE

CUM CODICIBUS SAMBUCI ACEPHALO ET VATICANO,
CRONICISQUE VINDOBONENSI PICTO ET BUDENSI
ACCURATE COLLATUM.

ACCESSERUNT

II. ADNOTATIONES CHRONOLOGICAE SECULI XII et XIII-i.

III. CHRONICON MONACENSE.

IV. CHRONICON ZAGRABIENSE et VARADIENSE.

V. JOANNIS DE VTINO BREVIS NARRATIO DE REGIBUS HUNGARIAE.

RECENSUIT ET PRAEFATUS EST

M. FLORIANUS.

LIPSIAE 1884.

PRAEFATIO.

Si quis rerum hungaricarum curiosus indagator libros illorum, qui nostra aetate historias Hungarorum idiomate populari conscripserunt, attentius pervolverit, inveniet scriptores hos, quod ad fidem rerum narratarum attinet, plerumque incerta pro certis, falsa pro veris venditare. Ut non tam institutionem lectorum, quam suum et bibliopolarum questum videantur ante oculos habuisse. Exemplis adducendis, quia odiosa sunt, abstinemus.

Nos gesta maiorum ita ut evenerunt, non ut post tot secula scriptores illi opinantur, nosse cupientes, fabulis historicis valere iussis, longam et laboriosam instituimus disquisitionem in contextum aetatem et fidem monumentorum, fontes historiae hungaricae constituentium.

Nec inquisitiones nostrae caruerunt effectu; reperimus enim nonnulla aequalibus nostris nondum satis nota. Haesitabamus tamen recensiones et animadversiones has in publicum proferre, veriti primo: ne veteribus nostris adversariis in elevando disquisitionum talium merito negotium facessamus; deinde ne res nostra familiaris, studiorum causa susceptis itineribus, continuatisque per longam seriem annorum laboribus literariis non parum imminuta, novum accipiat detrimentum.

Primam dubitandi causam removerunt familiares nostri, qui censorum vitio creatorum cavillationes, flocci faciendas esse dicebant; alteram eximere conatus est quidam e collegio eruditorum curiosus simul et pecuniosus, qui lucubrationes has aere proprio se typis describi curaturum spondebat.

Non stetit promissis vir egregius; nec nos sumtibus in primum Fontium volumen profusis ditiores facti sumus.

Succurrit tandem inopiae nostrae liberalitas Excellentissimi domini Ferdinandi episcopi Quinque-ecclesiensis, qui parte impensarum benigne praestita effecit, ne editionem secundi voluminis in meliora tempora differremus. Cui quia grates referre dignas non possumus, verbis saltem beneficii huius nos memores esse, lubentes profitemur.

Tertii huius Fontium voluminis opus typographicum beneficio inclytae Academiae Scientiarum hungaricae deberi grato animi sensu gloriamur. Sumtus tamen partis literariae rursus de paupere nostro censu decerpsimus, ne egregii historiae patriae cultores, qui ista adhuc minus nota legere et cum aliis monumentis conferre cupiunt, diutius tempus terere, et ex arbitrio divitum pendere cogantur.

Haec volui ne te laterent humane lector: curae enim et sollicitudines domesticae aetasque grandior, a fine huiusmodi laborum propius abesse nos admonent. Nunc ea quae ad codicum hic vulgatorum pleniorem notitiam faciunt exequamur.

1. Chronicon Dubnicense. Manu exeuntis seculi XV-i sat nitide scriptum constat foliis chartaceis 102 formae maioris, exhibetque res gestas ab origine hungarorum usque ad annum 1479 deductas. Est codex Musei nationalis Budapestiensis signatus: ms. lat. 165—14. olim bibliothecae comitum Illésházy Dubnicensis, quod inscriptio, in fronte libri docet: „Comitis Josephi Illésházy catal. inscr. 1729." et in cartula tabellae adglutinata: „Illésházianae bibliothecae Dubnicensis 2644 — Fol. lat."

Pro inscriptionibus capitum et iconibus historiam illustrantibus per totum codicem loca vacua sunt relicta, quae tamen, paucis exceptis, nec rubricator nec pictor explere voluit vel potuit.

Usque ad initia regis Ludovici primi reddit contextum chronicorum brevioris editionis, congruitque passim cum editione anni 1473 chronici Budensis, ita tamen, ut scriptor non librum typis vulgatum, sed ipsum codicem manu exaratum secutus fuisse videatur.

In historia regis Ludovici utitur libro Johannis archidiaconi de Kikullew, regiorum secretorum notarii (ut ille se appellat), cui interserit post caput IV-um aliam rerum per regem gestarum narrationem Joannis cuiusdam, qui ex ordine Fratrum minorum, regi a confessionibus fuisse videtur, desinitque in anno 1355. Continuat deinde auctor interruptum opus archidiaconi, usque ad obitum regis Ludovici. Cetera usque ad annum nonum regis Matthiae sumsit ex auctore ignoto chronici Budensis. His adiecit excidium civitatis Varadiensis, nuptias regis cum Beatrice Neapolitana, et victoriam Stephani de Bathor et Pauli Kinisy de Turcis relatam anno 1479.

Varias ex hoc codice lectiones vulgaverat anno 1826 doctissimus Endlicher; et nostra aetate pauca fragmenta viri eruditi Podhradczky et Toldy; — nunc primum prodit integer. Textum contulimus cum quatuor aliis ex eadem familia et cum Vindobonensi Picto,

ad alteram editionem pleniorem pertinente; cuius familiae codices inter se collatos dabit aliquis doctiorum simul cum chronico Turociano.

Horum quatuor codicum duo, nempe Budensis, et qui quondam Sambuci fuerat integri sunt: duo vero, Acephalus scilicet et Vaticanus priori parte mutili.

1. Chronicon Budense ex editione Andreae Hess anni 1473, anno vero 1838 Budae recusum notisque illustratum per doctum virum Josephum Podhradczky, continet etiam opus archidiaconi de Kikullew, supresso tamen auctoris nomine, et omissa praefatione. Continuat vero historias regum post obitum Ludovici ignotus auctor usque ad expeditionem Mathiae regis in Moldaviam.

2. Codex Sambuci, qui usque ad nostra tempora sub nomine Simonis de Keza delituit, in bibliotheca caesarea Vindobonensi signatur 3374 – 504 olim 96. Hist. Titulum habet: „Chronica Hungariae usque annum Christi 1342 per Simonem de Keza ad regem Ladižlaum III scripta.“ In fronte vero paginae primae haec leguntur: „Regis Ladizlai liber in h(ungaria). I. Sambucus emit a Pistoiense abbate pactis et — — 1563.“ Scriptus est manu seculi XVI-i, nec praeter praefationem ad Ladislaum regem et prologum „Multifarie“ quidquam habet Kezae peculiare et proprium. Materia et series narrationum eadem est, quae in Budensi et Dubnicensi apparet; stilus vero concordat cum Picto, Vaticano, et Acephalo.

3. Acephalus codex in membrana, seculi XIV-i eiusdem bibliothecae, prima parte mutilus, incipit a partis II. C. 37-o „regnum illud hungarice Erdelw,“ desinit vero in coronatione Ludovici regis anno 1342. Constat foliis 34, in fine folia 14 lineas ductas habent quidem, sunt vero vacua. Signatur: 545—528.

4. Codex Vaticanus pariter prima parte mutilus incipit a partis II. C. 14. Scriptus est in membrana: ultimus eius possessor Joannes Lucius Dalmata reposuit eum in bibliothecam Vaticanam Romae sub numero 6526. Varias eius lectiones habemus ab ipso Lucio editas ad calcem Inscriptionum Dalmaticarum. Venetiis 1673.

Quod ad nostra variarum lectionum signa attinet, Dubnicensis pede presso sequitur Budensem, si quando discrepant, varietas littera B. signatur. Ubi ceteri nominantur, vel nullum ponitur signum. omnes intelliguntur praeter Budensem. Literae vero VP. Vindobonensem Pictum, A. Acephalum, S. codicem Sambuci, V. Vaticanum designant.

II. Adnotationes chronologicae seculi XII-i et XIII-i. Rarum et pretiosum antiquitatum hungaricarum monumen-

tum est Missale seculi XII-i, olim venerabilis Capituli Posoniensis, inde ab anno 1813 Musei nationalis Budapestiensis. Cum Missali hoc coniuncta sunt diversa alia inter se non bene cohaerentia: Canones nempe Synodi Strigoniensis sub Colomanno rege habitae, rubricae de ieiunio etc. et versus alia manu adscripti: „Et fuerint anni completi mille ducenti, Et decies enim post partum virginis alme." Excipit haec Kalendarium, ubi praeter necrologia ignotarum personarum, memoratur locus in quo id aliquando in usu, scilicet: „XVIII kal. Decembris consecrata est hec ecclesia de Taxen."

Post Kalendarium et dissertationem de Quadragesima, cyclo Dionysiano etc. incipiunt annales inde ab anno DCCCCXCVII semel MCXLV—MCLVI interrupta serie usque ad annum MCCIX, cui statim iungitur MCCC. Interrumpunt has adnotationes in anno MCXV duae Tabulae paschales, quarum prima incipit anno MCLI desinitque in anno MCCC. Huic tabulae ab anno MCLI usque MCLXX adscripti sunt in rasura et manu diversa anni regiminis regum Hungariae a sancto Stephano usque annum sextum Andreae II-i id est MCCX, ut in supra posito disticho etiam memoratur.

Post intercapedinem trium paginarum sequitur altera tabula paschalis quae incipit anno MCLXXXI et pertingit usque annum MCCLXXVI; ubi apponuntur festa etiam sanctorum, cum adnotationibus historicis, quarum ultima anno MCCXLI commemorat caedem et captivitatem uxoris Joannis cuiusdam et Chucar. Continuantur deinde annales interrupti ab anno MCXV usque MCCC. Annales hi eodem atramento scripti usque annum MCXLV; inde usque ad finem eadem quidem manu, sed pallidiore atramento.

Ultimo loco ponuntur: Praeparatio ad missam. et ipsum missale cum variis orationibus.

Adnotationes istas una cum Kalendario et tabulis paschalibus edidit Reverendissimus dominus Josephus Koller in Historia episcopatus Quinque-ecclesiensis T. I-o p. 402—413 anno 1784. Excerpta ex annalibus sub titulo Chronici Posoniensis dedit Clarissimus Ladislaus Endlicher in Rerum hungaricarum monumentis Arpadianis p. 55—59.*) Ante triennium folia codicis huius, ut varia scripta seriatim digeri, et partes cohaerentes simul collocari possint, dissoluta fuerunt, nunc forsitan cuncta recto ordine disposita reperientur.

*) Ex editione Kolleriana videtur ea depromsisse vir doctus, ut ad annum MCCIII „monasterium iuxta bulori am situm" p. 58 indicat; codex enim bulduam habet.

Nos annales et partim tabulas paschales, ad evitandam annorum et rerum gestarum cōnfusionem, damus ea forma qua primitus conscripta fuerunt.

III. Chronicon Monacense. Notitia huius chronici, eruditissimi viri Joannis Csontossy, Musei nationalis custodis Academiaeque scientiarum hungaricae sodalis industriae debetur. Exhibet epitomen chronicorum ad familiam VP. pertinentium. Exemplar e bibliotheca regia Monacensi in Hungariam ad breve tempus transmissum, facultate a viro docto nobis data descripsimus. Codex iste in charta manu seculi XV-i exaratus signatur: Cod. lat. 5309; incipitque ipsum Chronicon folio 153.

IV. Chronicon Zagrabiense et Varadiense. Zagrabiense primus in lucem protulit Reverendissimus dominus Josephus Koller in historia episcopatus Quinque-ecclesiensis T. VII-o p. 337. cum hac praefatione: „Chronicon ungaricum hactenus ineditum ex libro statutorum Venerabilis Capituli cathedralis Zagrabiensis in membrana perscripto, et in sacrario interiori ecclesiae duplici catena firmato, per Illustrissimum et Reverendissimum Dominum Antonium Mandich electum episcopum Pristinensem, abbatem de S. Jobo, et eiusdem cathedralis ecclesiae custodem, nunc (1812) Excellentissimum episcopum Diakovariensem descriptum, atque ad me transmissum."

Varadiense per virum multae doctrinae Stephanum Horváth Leutschoviae repertum, partem constituit statutorum capituli Varadiensis. Editum est in Ignatii de Battyány episcopi Legibus ecclesiasticis Hungariae Tomo III. p. 343. Sed editionem hanc parum accuratam fuisse videmus, monuitque iam Georgius Fejér in Codicis diplomatici T. IX. IV. p. 595. Nos ex antiquiore Zagrabiensi, aliisque monumentis conati sumus textum in parte emendare. Utrumque vero iisdem in paginis simul excudi curavimus, ut ipse lector de contextu amborum facilius iudicare valeat.

V. Narratio de regibus Hungariae Joannis de Utino Ordinis minorum expressa est e melioris notae codice Wolfenbütteliano, numero 46 signato, cuius lectiones per supra laudatum virum doctum Joannem Csontossy nobiscum benigne communicatae fuerunt. Prodit nunc primum cum discrepantiis codicis cuiusdam typis quidem descripti sed titulo et praefatione carentis, quem rumor vagus Toldyo adscribit.

I.

CHRONICON DUBNICENSE.

Anno domini millesimo tricentesimo[1]) quinquagesimo octauo feria tercia infra octauas ascensionis domini incepta est ista Cronica de gestis hungarorum antiquis et novissimis, ortu et progressu, victoria eorundem et audacia, collecta e diuersis cronycis veteribus, earundem veritates ascribendo, et falsitatem omnino refutando. In nomine domini Amen.

Incipit prima pars Cronice de origine hungarorum.[2])

Per me reges regnant ait dominus deus per sapientem Salamonem[3]) prouerbiorum VIII-o capitulo. Gloriosus deus in sanctis suis, in maiestate mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudencie nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura iudicy (1b) celestia pariter disponit et terrena. Etsi cunctos eius ministros magnificet, et altis decoret honoribus, et celestis efficiat

---

[1]) In codicc: tricesimo; et quia linea transversa literae **t** curvatur, nonnulli numerum 4 putarunt legendum esse. Sic legit doctus vir Endlicher in „Jahrbücher der Litteratur 33. B. 1826. Wien. Anzeige Blatt n-o XXXIII" 4tricesimo 58-o. Et Gabriel Döbrentei, in adnotatione manuscripta anni 1851. In titulo etiam libri in bibliotheca Dubnicensi adscripto: „Antiquum chronicon hungarorum 1458 conscriptum." [2]) Incipit prologus in Cronicam hungarorum. V. P. Incipit prima pars Cronice. B. Incipit prima Cronica hungarorum. S. [3]) Salomonem. VP.

beatitudinis possessores, illos tamen ut dignis digna rependat, pocioribus attollit insignys dignitatum. et premiorum uberiore retributione prosequitur, quos digniores agnoscit, et commendat ingencior excellencia meritorum, prout apparet luculentissime in excellencia regum illustrium et victoriarum exercitu[1]) celebratissimarum, per reges hungarorum patratarum. Qui diuino freti auctoritatis presidio gladiorum, aciebus profugatis[2]) castra subuertentes regum et imperatorum fortes facti sunt in bello, nullo eisdem potente resistere impugnando[3]). Quod bene ostenditur in verbo diuino oraculo exarato: Per me, inquit deus, et non virtute propria reges regnant et regnabunt hungarorum. Vbi primo diuina exprimitur auctoritas, virtutem insuperabilem allatura. Per me, inquit, qui sum virtutis infinite cunctos valens adiuuare presidentes. Quia ego occidam, et ego viuere faciam, percutiam et sanabo, et non est, qui de manu mea possit eruere, suscitans de puluere egenum, ut sedeat cum principibus, et solium glorie teneat. Ideo subditur: Reges regnant, qui habent iusticie equitatem, sapiencie claritatem, paciencie tranquillitatem et misericordie pietatem, attestante sacro eloquio prouerbiorum decimo[4]). Misericordia et veritas custodiunt regem et roboratur clemencia tronus eius. Et iterum in alio loco dicit scriptura: Rex sapiens sedens in solio intuitu suo dissipat omne malum. Et rursum Salamon[5]) ait sapiencie VI-o: Rex sapiens et misericors stabilimentum populi est, et dissipat impios, subiectos populos a tyrannis eripiendo. Quod bene impletur in regibus hungarorum[6]) qui cunctos tyrannos debellando, populos hungaros[7]) in pulcritudine pacis, et in requie opulenta sedere procurarunt. Propter hoc, quia pre cunctis regibus timuerunt dominum deum. Vnde scribitur deuteronomy XVII capitulo, loquens deus

---

[1]) exercitio. VP. [2]) profligatis. [3]) in pugn. [4]) Rectius VP. XX. Est autem versus 28-us. [5]) rursus Salomon. [6]) hungarie. [7]) hungarie.

de regibus ait: Rex constitutus postquam sederit in solio regni sui describet sibi legem dei, et habebit secum, leget que illam omnibus diebus vite sue, ut discat timere dominum deum suum, et custodire verba eius que in lege precepta sunt, ut longo tempore regnet ipse fily (2a) eius super terram, et gloriam meam possideant[1]) in eternum. Quorum regum, scilicet hungarorum originem principium et egressum de Scitya diuersis sanctorum doctorum ystorys hoc ordine declarabo.

1. Sicut scribit magister istoriarum Genesis decimo capitulo: Iste sunt generaciones filiorum Noee, de istis tribus filys eius, scilicet Sem Cam[2]) et Japhet exorte sunt post diluuium LXXII generaciones[3]). De Japheth XV, de Caam XXX, de Sem vero XXVII[4]). Isti disseminati sunt in tribus partibus orbis. Sem Asyam, Cam Affricam, Japheth Europam sortitus est. Nam secundum Josephum fily Japheth possederunt septentrionalem regionem a Tauro et Amano montibus Sicilie et Sirie usque ad fluuium Tanay, qui est in Scitya. Et hoc idem asseruit[5]) beatus Jeronimus in libro de ebraicis questionibus, quod fily Japheth possiderunt[6]) in Asya (ab) Amano et Tauro montibus, usque ad fluuium Tanay; in Europa vero usque ad Godyra[7]) nomina locis et gentibus relinquentes, ex quibus postea mutata sunt plurima, cetera permanent in se vel aliquo simili vel propinquo. Fily Japheth: Gomer a quo nominate sunt galete[8]), et postea Gallici, qui sunt Francigene a quodam Francione dicti, filio Paridis, filio Priamidis fily[9]) primi regis Troye, qui venientes de Troya post eius excidium in Pannoniam, que olim tempore Alexandri magni superior Grecia nuncupabatur, sub monte Siccan, circa fluuinum Hyst[10]) qui alamanice Don[11]) nominatur ciuitatem (2b) fortissimam construxerunt, et ei nomen

---

[1]) possideat. [2]) Cham. B. S. [3]) tribus. B. S. [4]) Ex Sem XXII, ex Cham XXX, ex Japhet decem septem. [5]) asserit. VP. [6]) possederunt. [7]) Gadyra. [8]) Galathe. [9]) deest in VP. [10]) Hystri. [11]) Dun.

Sicambriam a monte Siccan imposuerunt, et ibidem quadringentis annis ante incarnacionem Christi permanserunt, et tandem orientales timentes naciones se ad partes occidentales transtulerunt, et regionem circa fluuium Zakana[1]) occupauerunt, cui nomen Franciam a Francione duce eorum dictam indiderunt, et ciuitatem principalem Paris, nomine patris eiusdem Francionis appellarunt. Secundus filius Japheth Magog, a quo descenderunt Scithe secundum Ieronymum, et Maday, a quo dicti sunt Medy, Ianan[2]) a quo Greci; unde in ebreo adhuc Grecia nominatur Ianan; et Tubal, a quo descenderunt Ispani; et Mesoch a quo Capadoces descenderunt, unde et apud eos adhuc Masetab[3]) ciuitas nominatur; et Tyras a quo nominati sunt Traces. Porro fily Gomer Aseneth[4]), a quo Traoyany[5]); fily Ianan Elyza, a quo dicti sunt Elysei primo, et post Eolides; et Tarsis, a quo descenderunt Cylices. Vnde et ciuitas metropolis eorum vocata est Tarsis[6]). Vnde natus beatus[7]) Paulus apostolus, ut habetur in actibus apostolorum XXI-o capitulo. Et sequitur: Ab his diuise insule gencium in regionibus suis, unusquisque secundum linguam suam. Hoc dicit[8]) hic per anticipacionem; quia factum fuit postea, tempore diuisionis linguarum. Fily autem Caam Chus, a quo dicti sunt Etyopes; unde in ebreo Etyopia Chus nominatur; et Mezarim a quo Egipty; unde et in ebreo Egyptus Mezarim dicitur. Phut, a quo Sibies, qui tamen primo vocati sunt Phantey[9]); unde ibidem est fluuius qui usque nunc Phut dicitur. Et Caanan[10]) a quo dicti sunt Cananey, quorum terra postea filys Israel data est. Fily autem Chus: Saba, a quo dicti sunt Sabei; Euilat[11]) a quo descenderunt gentiles; et Sabata a quo Sabateni. Porro Chus genuit Nemproth. Iste fuit, qui induxit posteritatem Noee ad faciendam ciuitatem et turrim con-

[1]) Sakana. [2]) Iauan. [3]) Mazecab. [4]) Assenech. [5]) Troiani. [6]) Tharsus. [7]) deest in VP. [8]) dicitur. [9]) Phutei. [10]) Chanaan. [11]) Euila.

tra dominum, de quo[1]) dicitur Genesis XI-o capitulo. Ideo dicitur: Ipse cepit esse potens in terra, quia per potentiam alios sibi submittebat, et nolentes ad opus praedictum compellebat. Ideo sequitur: Et erat robustus venator id est oppressor hominum coram domino. Quia nichil latet eius aspectui. Ob hoc exiuit prouerbium, id est verbum commune vel wlgatum (3a): quasi Nemproth. Quando enim postea videbatur aliquis oppressor hominum, vocabatur alter Nemproth. Fuit autem principium regni eius Babilon, et eius posteritas obtinuit regiones ad mare oceanum. Ex quibus apparet dictum illorum esse verum, qui dicunt quod Hunor et Magor patres hungarorum fuerint filii Nemproth, qui fuit filius Cus, qui fuit a Noe maledictus; tum quia non essent hungari de genere Japheth secundum dictum beati Ieronymi, tum etiam quia Nemproth nunquam habitauit circa fluuium Thanay qui est ad orientem, sed ad mare oceanum. Ergo sicut dicit sacra scriptura et sancti doctores, hungari descenderunt a Magog[2]) filio Japheth, qui post diluuium anno quinquagesimo VIII-o sicut dicit sanctus Sigilbertus episcopus antyochenus in cronica orientalium nationum, intrauit terram Euilat et ex coniuge sua Enech genuit Magor et Hunor, a quo Magori[3]) et Huni sunt nominati.

2. Accidit autem dierum una venandi causa eos[4]) perrexisse, quibus in deserto cum cerva occurrisset, in paludes Meotydas illam insequentes fugit ante eos. Cum[5]) ibi ante eos prorsus euanuisset[6]) diutius requisitam nullo modo inuenire potuerunt. Peragratis tandem paludibus memoratis pro armentis nutriendis ipsam conspexerunt opportunam. Deinde ad patrem redeuntes ab ipso licentia impetrata cum rebus omnibus[7]) paludes Meotydis[8]) intrauerunt moraturi. Regio quidem Meotyda Perside patrie[9])

---

[1]) qua. [2]) Magor. [3]) Magari. [4]) illos. VP. B. ipsos S. [5]) Cumque. [6]) vanuisset. S. [7]) omnibus rebus. B. [8]) Meotydas. [9]) provincie. B.

est vicina, quam undique preter vadum unum pontus gyrouallat, fluuiis currens[1]) herbis siluis piscibus volucribus et bestiis copiatur (3b). Aditus illic difficilis est et exitus. Paludes vero[2]) Meotydas adeuntes quinque annis ibidem inmobiliter permanserunt. Anno vero sexto exeuntes[3]) in deserto loco[4]) sine maribus permanentes, uxores ac filios[5]) filiorum Berela[6]) cum festum tube colerent, et choreas ducerent, ad sonitum simphonie casu repererunt[7]), quos cum eorum rebus[8]) in paludes Meotydas rapinis celeribus deduxerunt. Hec fuit prima preda post diluuium. Accidit autem Dule principis Alanorum in illo prelio inter illos pueros duas filias comprehendi, quarum unam Hunor, aliam[9]) Magor sibi sumpserunt in uxorem[10]). Ex quibus mulieribus omnes Huni siue[11]) Hungari originem sumpserunt.

3. Factum est autem cum diutius in paludibus Meotydis habitassent in gentem validissimam crescere ceperunt, nec eos capere ipsa regio poterat aut nutrire. Exploratoribus igitur abinde in Scityam destinatis scrutinii astutia subtilissima Scitye regione explorata (4a) cum pueris et armentis ipsam patriam intrauerunt permansuri. Regnum igitur ipsum dum adissent, Alplozuros[12]) qui nunc Pruteni nominantur[13]) in eo habitantes inuenerunt, quibus deletis et expulsis ac[14]) occisis usque hodie regnum ipsum[15]) inuitis vicinis possidere dinoscuntur[16]).

4. Scytia enim regio in Europa situm habet, et extenditur versus orientem; ab uno latere ponto aquilonari, ab alio vero niueis[17]) montibus includitur. Cui de oriente Asya et de occidente fluuius Ethul id est Don[18]). Gentes siquidem in ea[19]) procreate ocia amplectuntur, va-

---

[1]) currentibus. B. S. [2]) ergo. [3]) exierunt. B. [4]) om. S. [5]) pueros. B. S. [6]) Bereka. [7]) reperierunt. B. [8]) rebus eor. S. [9]) vero. add. B. S. [10]) sump. uxores. B. S. [11]) pariterq. B. [12]) Alprosuros. B. S. [13]) nuncupantur. VP. [14]) aut. B. S. [15]) ips. regn. [16]) dignoscuntur. VP. [17]) Ripheis. [18]) et alterius Togora. add. S. [19]) eadem.

nitatibus dedite, nature dedignantis, actibus venereis intendentes, rapinas amant, generaliter plus nigre quam albe. Scytia enim comprehensione una cingitur, sed in tria regna diuiditur principando, scilicet[1]) in Bascardiam Benciam[2]) et Magoriam. Habet quoque prouincias C et VIII. que dudum per filios Hunor et Magor, ob centum et octo progenies, que egresse fuerunt ex femoribus eorundem de paludibus Meotydis, intrantes Scytiam sunt diuise. Regno autem scytico de oriente regnum iungitur Jurianorum, et post hec Tarsia, tandem vero Mangalia, ubi et Europa terminatur. Ex plaga autem estiuali subsolari gens iacet Corosmina et Ethyopia, que minor India dicitur[3]), et posthec[4]) inter meridiem et cursum Don fluuii est desertum immeabile, ubi propter intemperiem aieris illius[5]) rane velud porci, basiliscus, et plura animalia toxicata tigris et unicornis ibi generantur. Don grandis (4b) fluuius est, in Scytia oritur ab hungaris Etul nuncupatur, et ubi[6]) montes niueos qui Scytiam cingunt transcurrit, amisso nomine Don vocatur. Circa etenim[7]) meridiem iuxta[8]) ipsum iacet gens Kytanorum, et gens Alanorum. Tandem in mare cadit rotundum tribus ramusculis. Alter quoque fluuius nomine Tagatha[9]) valde magnus in regno nascitur Scyticorum, qui per siluas vadit desertas[10]), et ibi vergit in mare aquilonis. Longitudo siquidem[11]) Scytie patrie tricentis, et sexaginta stadys extendi perhibetur, latitudo centum et[12]) nonaginta. Situm enim habet (tam) munitum, quod in solo loco uno paruissimo vadus ibi[13]) reperitur, propter quod[14]) ipsi Scyte nulli imperio nec etiam macedonico aliquo tempore sunt subiecti, et pro tanto vocamus[15]) eos Demptos, id est exceptos[16]) ab omni potes-

[1]) om. S. [2]) Dentiam. [3]) om. S. [4]) deinde. B. [5]) zone sunt serpentes diuersi generis. add. [6]) ibi. [7]) enim. [8]) circa. B. [9]) Thogata. VP. Togata. B. [10]) „paludes et montes niueos, ubi sol nunquam lucet, intrat tandem in Ircaniam.“ — desunt. [11]) quidem VP. B. [12]) om. VP. [13]) vadu aditus illuc. B. [14]) hoc. B. [15]) etiam add. B. [16]) exemptos. VP. „id est — Dentos“ om. B. S.

tate. Dicimus etiam Dentos a dentositate, quia sicut dentes omnia corrodunt et triturant, ita ipsi omnes alias naciones triturabant, unde romani eos vocabant flagellum dei. Sola[1]) tamen dicta Scytia in quibusdam locis satis lata esse dicitur nemoribus siluis herbis venustata, diuersisque[2]) generis bestiis diues et referta, cui de oriente vicini sunt Bessi et Comani[3]) albi. Circa etiam mare aquilonis de occidente quod ei vicinatur usque Susdaliam[4]) est desertum siluestre humano generi inmeabile, quod ad magnum spacium extendi perhibetur, ubi nubium densitas per nouem menses continue iacent[5]), ubi sol non cernitur per menses memoratos, nisi in mense Iulio Iunio[6]) et Augusto, et id in tanta hora diei, quanta est a sexta usque ad nonam. In montibus enim deserti memorati cristállus inuenitur, griphones nidum parant, auesque legisfalk que hungarice kerecheth[7]) appellantur, pullos procreare dinoscuntur[8]). **Hic hungari sunt in consilio simul in unum congregati.**

(5a) **Hic hungari capitaneos fecerunt inter se isto modo.**[9])

5. Anno ab incarnacione domini CCC septuagesimo tercio[10]) tempore Valentis imperatoris, et Celestini primi pape romane ecclesie in sexta etate seculi multiplicati sunt Huni in Scytia habitando[11]) congregati in unum, inter se capitaneis constitutis Bele[12]) filio Chele de genere Zemein oriundo, Keue et Kadicha eiusdem fratribus[13]) Atile[14]) Keue et Buda filys Bendekuz de genere Cadar[15]) occidentales regiones inuadere decreuerunt. De centum enim et octo tribubus decies centena millia, scilicet de

---

[1]) solo. B. [2]) diuersique. [3]) Cumani. [4]) Sosdaliam. S. [5]) iacet. [6]) Junio Julio. S. [7]) Keretheth. S. [8]) dignosc. VP. S. [9]) Primus ingressus hungarorum in Pannoniam. VP. [10]) vicesimo octauo. B. S. [11]) ut arena que est in litore maris. add. B. S. [12]) velle. S. Wele. VP. [13]) alia manu adiectum. [14]) Ethele. VP. Etela. S. [15]) Erd. B. S.

uno quoque genere decem millia armatorum virorum eligentes derelictis alys Hunis in Scytia[1]) qui ipsorum sedes regnumque ab hoste custodirent. Constituentes[2]) inter se rectorem unum nomine Kadar de genere Torda[3]) qui lites sopiret dissidencium, fures et latrones ac malefactores castigaret ita tamen, ut si rector idem immoderatam sentenciam diffiniret[4]) in irritum posset communitas reuocare, errantem[5]) rectorem et capitaneos disponerent[6]) quando vellent. Consuetudo itaque est legittima ista[7]) inter Hunos siue hungaros usque ad tempora ducis Geyche fily Toxun[8]) extitit obseruata. Ante etenim[9]) baptismum hungarorum in castris vox preconia[10]) clamando taliter inter[11]) Hunos (5b) congregabat ad exercitum: Vox dei et communitatis uniuerse, quod unusquisque in tali loco armatus vel sicuti esse[12]) debeat precise conparere, communitatis preceptum ac consilium auditurus. Quicunque autem edictum contempsisset non (valens) pretendere racionem, cultro diuidi[13]) per medium lex scytica sanxiebat, aut ire in desperatas causas, vel in communium seruicium immisericorditer tradebatur. Vicia itaque et huiusmodi excessus, unum Hunum ab alys fecerunt separari. Alias autem cum unus pater et una etiam[14]) mater Hunos omnes generans procreauerit; quomodo unus nobilis et alter ignobilis esse diceretur, nisi victus per hos casus criminis haberetur.

6. Tunc omnes capitanei simul uno animo unoque consilio egressi de Scytia intrantes tandem Bessos[15]) et cumanos albos, deinde susdalos ruthenos terramque nigrorum cumanorum (6a) intrauere. Abinde egressi usque ad Tysciam peruenerunt, qua quidem regione circumspe-

---

[1]) al. Hun. in Scit. der. B [2]) nihilo minus. add. B. S. [3]) Turda oriundum add. S. [4]) id. rec. immod. diff. senten. B. [5]) que add. VP. [6]) deponerent. S. VP. deponere. B. [7]) Cons. itaque legit. ista. [8]) Thosun. S. [9]) enim. S. [10]) preconica B. preconis S. [11]) om. [12]) est. B. S. [13]) cultu diuino. VP. [14]) om. VP. S. [15]) Bissos. VP.

cta concorditer placuit omni cetui ulterius non incedere cum uxoribus et armentis. Cum uxoribus enim et bigis et suis tabernaculis de natali solo descenderant. Cumque eo tempore Pannoniam Pamphyliam Frygiam Macedoniam et Dalmatiam tetrarcha Matrinus[1]) nacione longobardus de Sabaria oriundus gubernaret armis bellicis informatus, audito quod huni super Tysciam resedissent, et de die in diem deuastarent regnum eius, cum alumpnis regni sui[2]) ipsos agredere[3]) formidans ad Romanos nuncios suos destinauit, petens sibi auxilium comodari contra hunos. Ex gracia (etenim) Romanorum imperatoris[4]) memoratis imperabat. Romani vero eo tempore Detricum de Verona nacione almanum[5]) voluntarie inter se regem prefecerant, quem petentes ut Matrino subsidium importaret, illo autem animo gratanti annuente, egressus est[6]) cum exercitu italico germanico ac alys mixtis gentibus partis occidentis. Peruenit tandem in Zazhalm[7]) ubi ipsi longobardi ad ciuitatem Potencianam fuerant agregati[8]) ut tractarent cum Matrino consilium, utrum hunos in eorum tabernaculis in suo descensu transmeando Danubium, vel in alio loco conpetenti inuadere opporteret. In istis itaque consilys et tractatibus Detrico Matrinoque residentibus, huni super utres noctis in silentio in Sicambria Danubium transfretantes[9]) Matrini et Detrici exercitum, quem ciuitas Potenciana capere non poterat, in campis[10]) commorantem crudeliter trucidarunt. Ex qua enim inuasione Detricus acerbatus exiuit contra hunos in campum Tauarnokuelghy[11]) pugnaturus, qui committendo prelium hunos fertur deuicisse, cum suorum maximo interitu et periculo. Ex hunis vero qui remanserunt fugerunt ultra Tysciam. Ceciderunt au-

---

[1]) Macrinus. [2]) sui regni. [3]) aggredi VP. aggredi reformidans. S. [4]) in patriis. B. S. [5]) alamanum. [6]) om. S. [7]) Zazholm. VP. Zazbolin. S. [8]) conuenerant. VP. S. fu. congregati. B. [9]) transeuntes. VP. [10]) in tentoriis. add. VP. [11]) Tarnukuolg. VP. Tauarnokuelgy. B. Tauarnukuolg. S.

tem illo die ex hunis centum et vigintiquinque milia, Keuaque[1]) capitaneus interyt in ipso prelio inter illos deiectos[2]). Ex Detrici vero et Matrini exercitu[3]) exceptis illis qui in tentorys suis[4]) in campis[5]) fuerant trucidati ducenta et decem milia corruerunt. Videns autem Detricus tantam cedem accidisse sui populi in prelio, post congressum altera die perrexit versus Tolnam[6]) ciuitatem[7]), que tunc erat ciuitas (6b) latinorum inter urbes Pannonie conputata. Tolna ciuitas est in Austria tres rastas dictat a Vienna[8]). Ut autem cognouerunt huni retrocessisse suos aduersarios, ad locum certaminis sunt reuersi, et cadauera suorum sociorum et Keuam[9]) capitaneum more scytico prope stratam[10]), ubi statua[11]) soleniter[12]) lapidea erecta est[13]), decentissime subterrarunt, locumque illum et partes illas Keue aza[14]) vocauerunt. Experientes igitur in prelio precesso animositatem Romanorum, et armorum paraturam, resarcito exercitu versus Tolnam ciuitatem, ubi se inimici eorum collegerant huni perrexerunt. Contra quos Detricus cum Matrino in Cezmaur[15]) dicitur occurrisse, et a mane usque ad nonam preliantes Romani sunt deuicti. Ubi et Matrinus mortuus est, et Detricus per sagittam in fronte vulneratus totoque exercitu Romanorum interempto[16]) et fugato. Ex hunis vero in illo prelio quadraginta milia perierunt, Bela Cadicha et Keue[17]) ibidem interfectis, quorum cadauera abinde remouentes apud statuam memoratam cum alys hunis[18]) sepulture tradiderunt. Postquam autem Romanorum exercitus de Cezmaur[19]) est dispersus nunquam deinceps per plures annos contra hunos congregari potuerunt.

---

[1]) Keueq. VP. Reuaq. S. [2]) omittunt. [3]) om. VP. [4]) suis tent. [5]) om. VP. [6]) Tulnam. [7]) cum Macrino. add. VP. [8]) Vienne. VP. Vi ena. S. [9]) Reuam. S. [10]) stratum. VP. [11]) ut putamus. VP. [12]) solempnis. solemnis. B. [13]) est erecta. [14]) Kewe oza. VP. Reua oza. S Keuehaza. B. In nostro codice h insertum alio atramento. [15]) cesumaur. [16]) interrupto. S. [17]) Wela Kewe et Kadicha. VP. vella Radicha Cue. S. [18]) om. B. [19]) Cesunmaur. VP. Cezumaur. S.

7. Anno ab incarnacione domini quadringentesimo primo, ab ingressu vero hungarorum in Pannoniam anno vigesimo octavo[1]) hungari siue huni concordie voluntate[2]) tunc Atylam[3]) filium Bendekuz consuetudine romanorum super se regem prefecerunt, qui primo unus de capitaneis habebatur, et ipse Budam fratrem suum de flumine Tyscie[4]) usque Don principem constituit ac rectorem, vocarique se faciens regem hungarorum metum orbis flagellum Dei. (7a) Titulum siquidem suum tali sub forma scribi faciebat[5]): Atila dei gracia filius Benekuz[6]), qui est[7]) nutritus in Engaddi, nepos magni Nemproth, rex hungarorum[8]) medorum dariorum et gothorum[9]), metus orbis terre et flagellum dei. Erat enim rex Atila[10]) colore teter, oculis furiosus, elatus incessu, pectore lato, barbam prolixam deferebat, venereus eciam erat ultra modum. In arca sua es habere contempnebat, audacie quidem temperate, astutissimus in prelys ac sollicitus, fortitudinis conpetentis suo corpore habebatur. In voluntate magnanimus, armis politis, mundis tabernaculis cultuque utebatur. Amabatur siquidem ab extranea nacione, eo quod esset liberalis et communis; ex natura vero serenitatem quam[11]) habebat, mirabiliter etiam[12]) a suis timebatur. Linguarum ideoque diuersarum naciones de finibus orbis terre ad eum confluebant, quibus liberaliter pro posse affluebat. Habebat enim decem millia curruum falcatorum, diuersas machinas et omnia ingenia, quibus castra urbesque confringuntur, que in suo exercitu secum ferebat. Tabernacula quidem varys (7b) modis diuersorum regnorum habere consueuerat, operata[13]), unum tamen habebat sic celebre ac solenne ut ex laminis[14]) aureis mirifice coniunctim solidata modo solui

---

[1]) Haec desunt in B. S. [2]) concordi vol. VP. om. B. S. [3]) Etelam. S. [4]) Tyscia B. [5]) Haec desunt in ceteris. [6]) nepos magni Magor. add. VP. nep. m. Nemproth. S. [7]) om. [8]) hunorum. [9]) gottorum danorum. VP. danor. om. B. S. [10]) Atylla. S. [11]) om. B. [12]) etiam om. [13]) oper. hab. consu. [14]) laminibus. B. S.

et nunc reconiungi ad tendencium[1]) staret voluntatem. Columpne eius ex auro laborate habentes iuncturas, opera ductilia, in medio[2]) vacue, in suis iuncturis, lapidibus preciosis fabricate[3]) iungebantur. Sed et sua maristalla dum pergeret ad exercitum, diuersarum patriarum equis replebatur; quos quamuis visus esset habuisse, largiter tamen egentibus tribuebat, ita tamen quod[4]) duos vix haberet aliquando pro usu equitandi. Iste vero maristalle ex bisso et purpura habebant paraturam, sed et regales selle ex auro fuerant, et lapidibus preciosis laborate. Mensa erat tota aurea, vasa eciam coquinaria aurea erant. Thalamus autem eius ex auro purissimo mirifice fabrefactus, secum in exercitu ferebatur. In huiusmodi igitur et alys seculi[5]) pompis Atyla rex hunorum erat gloriosus. Expedicio vero sua preter exteras[6]) naciones decies centenis milibus armatorum replebatur, ita quidem, ut si unum sciticum decedere contigisset continuo[7]) pro ipso alter ponebatur. Arma quidem gentis eius ex corio maxime et metallis varys diuersimode fuerunt laborata, arcus habens et lanceas acutissimas pariter et cultros accinctos in femore. Balnerium[8]) quoque regis Atyle, quod in suo scuto gestare consueuerat, similitudinem austuris in capite habebat cum corona. Quod signum hungari dum se regerent per communitatem usque tempora ducis Geyche fily Toxun in exercitu semper communium gestauere.

8. Postquam autem commisso prelio in Cezmaur[9]) redissent hungari[10]) cum victoria ad sua tabernacula, diebus paucis ultra Tisciam cum uxoribus permanserunt, et hoc facto rex Atyla ad unum diem[11]) solempnem curiam fecit congregari. In quam Detricus de Verona cum principibus Germanie accedens omnem homagionem[12]) et reuerenciam

---

[1]) attendentium voluntate. [2]) tamen. add. [3]) fabrefacte. VP. [4]) quidem ut. VP. [5]) mundi B. [6]) extraneas. [7]) statim. [8]) Galnerium. VP. [9]) Cezumaur. [10]) huni. [11]) ad Zeuuen. B. Zeuem. S. [12]) omaginem. VP. S.

regi Atyle fecisse perhibetur. Suggessit itaque regi ad partes occidentales (8a) personaliter accedere, ubi magnum honorem posset[1]) adipisci. Cuius quidem huni[2]) amplectentes[3]) consilium exercitu statim proclamato egressi[4]) de Sicambria primo rex Atila[5]) illiricos dicitur inuasisse, deinde Constancie regnum pertransiuit, cui Sigismundus rex occurrit circa Basileam cum exercitu magno, quem cum gente tota conterens suo dominio subiugauit.

9. A loco autem illo egressus iuxta Renum Argentinam ciuitatem obsedit, quam quidem[6]) romanorum nullus Cesar potuit primitus expugnare, ipse Atyla expugnauit, diruendo murum eius in diuersis locis, ut cunctis aduenientibus sine grauitate via libera preberetur, edicens[7]) firmissime, ne ipsius murus ipso viuente muraretur, ut eadem ciuitas non Argentina, sed Strospurg[8]) vocaretur propter viarum pluralitatem[9]). Amoto igitur suo exercitu de Argentina Luxonium Bisantium[10]) Chalon Masticon Ligonem Burgundiam et Lugdunum destrui fecit ciuitates usque terram.

10. Et egressus inde iuxta fluuium Rodanum peruenit Cathalanis[11]), ubi diuiso dicitur[12]) suo exercitu, uidelicet[13]) terciam partem sue gentis[14]) contra Miramammonam[15]) soldanum potentissimum cum electis capitaneis destinasse.[16]) Quo audito idem de urbe Sibilie fugit ante hunos in Marrochiam, brachio maris quod strictum Sibilie dicitur transpassato. Hoc facto incerto regem Atilam romanorum[17]) patricius dictus Eucius cum decem regibus occidentis inuasit ex obrupto. Cumque insultum niterentur[18]) facere super Atilam, per nuncios petens inducias preliandi, ut copia sue gentis que fuerat aduersus soldanum

[1]) possit. VP. [2]) om. [3]) amplectens. VP. [4]) egressus. VP. [5]) om. rex Atila. [6]) ciuitatem add. VP. [7]) et dicens. S. [8]) Strozburg. [9]) plur. viar. S. [10]) Bizanciam. [1]) Cathalaunis. [12]) om. [13]) om. [14]) sui exercitus. S. [15]) miramannionam. B. mirammamonam. S. miramommonam. VP. [16]) destinauit. [17]) rex. add. B. [18]) niteretur. B.

destinata remearet[1]), illis renuentibus inter ambos exercitus a mane usque ad noctem in campo qui Beuinder[2]) dicitur prelium est commissum. Erat enim inter ambos[3]) exercitus fluuius discurrens tam paruissimus, ut si capillum in ipsum quis[4]) iactasset, suo lento motu potuisset uix[5]) inferius remouere. Prelio autem iam[6]) facto animalium et hominum sanguine[7]) inundando tantus torrens fuisse perhibetur, ut aurigam cum curro intro traheret ac armatos, fieretque mortalitas non modica per torrentem in utroque exercitu. Illud ergo prelium quod commissum extitit inter reges occidentis et Atilam in campo Beuind[8]) cathalannis, omnibus preliis huius mundi[9]) que commissa sunt uno die et loco uno terribiliora et magis ardua per veteres non memorantur. In quo quidem conflictu rex (8b) gotthorum[10]) maximus[11]) nomine Aldaricus[12]) extitit interemptus, cuius quippe obitum dum aly reges cognouissent, qui occisi non fuerant, fuge latebras queritarunt. Ab illo ergo die eleuatum est cor hunorum et regis Atile, timorque eorum[13]) percussit orbem terre. Quo audito censu eis et tributo plurima regna seruierunt. Tercia vero pars exercitus. Atile regis que non potuit in hoc prelio interesse, timens Atilam propter moram usque[14]) vitam Atile remansit Cathalannis, eiusdem patrie habitatores tandem sunt effecti, Pannoniam nolentes remeare. Erant enim soli[15]) qui aduersus Miramammonam destinati, sexaginta quinque milia, excepta extera[16]) nacione. Ex his eciam hunis plures fuerant[17]) capitanei constituti[18]), qui lingua ipsorum[19]) Spani vocabantur, ex quorum[20]) quidem nominibus Hispania[12]) tota nomen assumpsit.

---

[1]) remaneret. S. [2]) Beuind. B. Bewinde. VP. Beuinde. S. [3]) duos. VP. [4]) quis in eum iact. B. [5]) vix potuisset VP. [6]) om. B. S. [7]) sanguinem. VP. [8]) Beusscite VP. beuinde catelannis. S. [9]) huiusmodi S. [10]) gottorum VP. gothor. S. [11]) Marinus. [12]) Aldarigus. S. [13]) om. VP. [14]) ad. add. S. [15]) huni. add. VP. erant enim huni aduersus. S. qui. om. etiam. VP. [16]) extranea. VP. [17]) erant. B. [18]) statuti. B. [19]) eorum. B. [20]) quibus. B. [21]) Spania S.

11. In loco siquidem prely diebus paucis Atila commorante regressus est demum cum victoria, venitque in ciuitatem Tolosanam in qua per ciues cum sumpma laude est receptus. Abinde se remouens abyt contra Remensem[1]) ciuitatem, scilicet capitalem urbem gallicorum[2]), que ei dum[3]) pergeret Cathalaniam restiterat[4]) vehementer, quam occupans sine mora, omnes contra se restantes[5]) quos ibi reperit, igne et gladio deuastauit. Taliterque tota Francia et Flandria demolita peruenit Coloniam, ubi sanctam Ursulam Bractanorum[6]) regis filiam cum undecim millibus virginum hunorum feritas crudeliter iugulauit. Deinde Reno[7]) ibidem Colonie transpassato intrauit[8]) Turingiam ubi apud ysnacum ciuitatem et in ipsa[9]) curia solemni celebrata, super dacos noruanos[10]) frisones lituanos et Brutenos[11]) exercitum destinauit, quos deuictos sibi fecit deseruire.

12. Egressus vero curia celebrata Sicambriam Pannonie ciuitatem intrauit, in qua proprys manibus Budam fratrem suum interfecit, ac corpus eius in Danubium proiecit, quoniam ipso Atila in partibus occidentalibus demorante, ibidem Buda inter ipsum et Atilam fratrem suum, metas statutas transgressus fuerat dominando. Nam Sicambriam suo[12]) nomine fecerat (9a) nominari, Budauara[13]). Et quamuis rex Atila hunis et alys gentibus posuisset interdictum ut eadem ciuitas non Budauara sed urbs Atile vocaretur, teutonici interdictum formidantes Ecilburg[14]) eam vocant, id est urbem Atile, hungari vero interdictum non curantes ad(huc) eam Obudam[15]) usque hodie vocant et appellant.

13. Hys itaque sic peractis quinque annis Sicam-

---

[1]) remessem. S. [2]) galigorum. S. [3]) Cum. [4]) resisterat VP. [5]) cont. se. rest. om. [6]) brachanor. S. [7]) Regno ibidem. VP. S. om. deinde. [8]) deinde intrans. [9]) curia solempni in ipsa cel. [10]) normanos. VP. [11]) prutenos. [12]) in. add. S. [13]) Buda Wara. VP. [14]) Eccylburg. VP. [15]) Ovbudam. VP.

brie requieuit speculatoribus suis per mondi quatuor partes destinatis, siue distributis. Speculatorum quidem prima societas de Sicambria ordinatim in quantum unus[1]) clamor potuisset ad alium exaudiri die ac nocte Colonie Germanie[2]) stare consueuerat. Altera pars usque Lituam, tercia in litore Don fluuy id est Etul, sed quarta stacio yadrie Dalmacie ciuitate consistebat. Quorum quidem clamore et voce quid Atila ageret vel quali exercitacioni esset deditus, mondi quatuor partes scire potuissent.

14. Pannonie Pamphilie Frigie Macedonie et Dalmacie ciuitates que per hunos obsidione crebra erant fatigate, natali solo derelicto in Apuliam per mare adriaticum licencia ab Atila impetrata seruire ipsi Atile renuentes, dimissis armentis transierunt, ulachis[3]), qui ipsorum coloni[4]) extitere remanentibus sponte in Pannonia.

15. Cumque rex Atila quinque annis in Sicambria[5]) repausasset, sui exercitus defectum, videlicet tercie partis, que dudum remanserat Cathalannis resarcire procurauit, curiaque celebrata egressus de Pannonia in[6]) Corinthiam[7]) Stiriam et Dalmaciam, occupatisque rebellibus petransiuit tandem apud urbem Salonam et Spoletum[8]), mari adriatico se coniunxit ambasque urbes fecit concremari.

16. Ab illo vero loco egressus perrexit circa mare Traguriam[9]) Sardonam Sibinicum Jadriam[10]) Nouam[11]) Seniam Parenciam[12]) Polam Capustriam[13]) et Terestrinam[14]) ciuitates et alia multa oppida in montibus discurrens peruenit tandem Aquilegiam, cuius quippe magnitudine conspecta abhorruit, et se confusum reputans[15]) si dictam urbem inexpugnatam[16]) reliquisset pro eo (9b) maxime, quia plures rebelles longobardi de Pannonia fu-

---

[1]) unius. [2]) ciuitate. add. [3]) vlachis. VP. B. ualachis. S. [4]) caloni. S. [5]) Sicambrie. [6]) per. [7]) Carinth. [8]) dalmatiam pertransiens apud urbem Sal. et Spaletum. [9]) Traguram. [10]) Jadram. [11]) Nonam. [12]) Perentiam. S. [13]) Caputstriam. VP. Caput ystriam. S. [14]) Tergestinam. S. [15]) deputans. VP. [16]) inexpugnabilem. VP.

gisse in ipsam ferebantur. Quos cum per nuncios a ciuibus repetisset, illosque tradere recusassent expugnare cepit diuersis machinis ciuitatem, quam cum capere nullatenus potuisset, obsedit eam uno anno et dimidio. Accidit autem die uno ut ipsam ciuitatem circuiret multis phitonicis lateri eius[1]) adherentibus, in quibus iuxta fidei sue opinionem spem maximam ponebat[2]), videns ciconiam de mari euolantem et in pinnaculo unius palacy in quo habebat nidum suum resedisse, acceptoque in rostro suo[3]) pullo uno in maris arundines illum deportauit. Reuersa iterato et alios pullos suos simul cum nido transportauit. Quo viso rex Atila suos milites ad se vocans dicit eis: Cernite socy quam ista ciconia futurorum factorum iudicia[4]) notat, et urbem istam per nos sentit diruendam, ad fugam, ne pereat cum ciuibus se communit[5]). Estote ergo in prelio die crastina forciores[6]), videbitis ciuitatem ruituram. Tunc edicto proclamato, machinarum omni genere adhibito, cum non potuisset ciuitatem expugnare cum machinis, consilio sciticorum usus, sellam unam ex decies centenis milibus de quolibet postulauit, fecitque ex sellis iuxta muri circuitum[7]) congeriem vehementem, et iussit incendi sellas ipsas quarum flamma et ardore murus nimium[8]) se dissoluens cum turribus in terram est prostratus. Quo viso ciues omnes[9]) in insulam fugierunt[10]); quandam enim insulam maris Aquilegie contiguam decreuerunt introire eterno ibidem permansuri, que uetus[11]) Venecia usque hodie nuncupatur[12]). In qua quidem aliquandiu habitantes propter metum regis Atile ipsa insula[13]) derelicta insulam que Bealth[14]) dicitur intrauerunt permansuri. Veneti quidem sunt troiani ut Cronica canit ueterum[15]), post excidium enim[16]) Troie Aquilegie permanserunt, quam et[17])

[1]) om. S. eius lateri. VP. [2]) apponebat. [3]) om. [4]) indicia. [5]) comminuit. Cod. [6]) nam. add. B. S. [7]) circulum. VP. [8]) om. VP. [9]) derelicta urbe add. VP. S. [10]) fugerunt [11]) uera. VP. [12]) nominatur. [13]) om. [14]) Realth. VP. realt. S. [15]) quidam. ueterorum. VP. [16]) tamen. VP. [17]) om. VP.

fundasse perhibentur[1]). Veneti quidem non accipiunt originem de Sabaria[2]), sed de Troia ciuitate opinatissima[3]). Nam Sabarie latini[4]) inhabitabant, ubi erat[5]) scola generalis tam ipsis longobardis quam alys gentibus orbis terre, poetarum multisque[6]) philosophorum dogmatibus luculenter illustrata (10a) et varys erroribus ydolorum[7]) mancipata, quam quidam rex gothorum nomine Archelaus[8]) diu obsessam capere non potuit, demum metus orbis expugnauit. Cuius nempe incole per hunos expulsi sunt, et[9]) nunc habitant Papie in Italia iuxto flumen Tycini.

17. Destructa itaque ciuitate Aquilegie Concordiam[10]) demum in Foroiuly destruxit ciuitatem. Abinde in marchiam intrans Longobardie Teruisum Paduam Veronam Brixiam[11]) Cremonam Mantuam Pergamum Mediolanum Alexandriam et Ferrariam, aliasque plures urbes ipsius regionis suo dominio subiugauit[12]). Post hec Rauennam dum venisset arianorum archipresul, qui in ipsa ciuitate contra sedem apostolicam duodecim cardinales fecerat eleuari sectam suam imitantes, habens thesaurum copiosum ciuibus ignorantibus in urbem Rauennam clam hunos intromisit, filiosque baptismatis qui in ipsa ciuitate erant[13]) fecit iugulari, promittens nichilominus regi Atile quod si secte sue adheserit, fueritque Christianos persecutus, totam Italiam et Romanam ciuitatem cum Affrica[14]), sine fatigacione sue gentis et expensis, sibi subiugaret. Cumque Atila libenter annuisset ac magis oblectatus amore dominy quam secte memorate, cognoscentes romani periculum quod inde potuisset emergere christianis, Leonem adeunt apostolicum ut ad Atilam debeat dirigere[15]) gressus suos,

---

[1]) Veneti — — perhibentur, desunt in S. [2]) ut quidam opinantur. add. [3]) opimatissima B. sed — opinatissima. om. [4]) Longobardi videlicet, add. [5]) et erat ibi. VP. [6]) multis phil. VP. S. [7]) ydol. err. VP. [8]) arcellanus. VP. primo uolens capere. add. [9]) expul. nunc hab. [10]) et Concordia, VP. [11]) Brixam. VP. [12]) suo subi. dom. VP. [13]) potiores add. [14]) et Affricam. VP. [15]) dir. deb. S,

petens eum ex parte romanorum, ut acciperet census et seruicia quamdiu viueret ipse. Atila. Interea rex Atila ad Apuliam exercitum suum destinauit, constituens ipsi exercitui capitaneum Zoard[1]) ex tribu Zoard oriundum, qui quidem Apuliam Terram laboris et Calabriam usque Regionam ciuitatem et Cathonam[2]), quam sapiens Catho fundasse dicitur spoliauit, et cum summa[3]) preda reuertitur. Cumque Leo papa cum cleri multitudine ac crucibus Rauennam peruenisset[4]) ad Atilam in campo simul in equis colloquium habuerunt, et dum Atila promissa censuum[5]) et uerba imperialis maiestatis audiuisset Romanorum[6]), onerosa videbantur regi Atile. Admittere tamen (10b) decuit postulata apostolici ob timorem[7]). Nam cum idem rex oculos superius leuasset[8]), vidit supra caput suum pendere hominem in aere, habentem gladium versatilem[9]) in manu sua, qui ipsius caput quasi stridentibus dentibus truncare minabatur. Et sic romanis admittendo postulata, ac[10]) apostolico licencia data rex Rauennam est ingressus. In qua quidem archipresulem arianum fecerat[11]) captiuari suis cum consectaneis[12]) pape imitatus consilium. Et postquam exegisset ab eo sexaginta mille marcas auri[13]), ipso iugulato cum omni copia sui exercitus frena retrouertit Pannoniamque est ingressus[14]). Dum ergo per meridiem occidentem aquilonem atque orientem longe lateque suum imperium extendisset, vertebat in animo suo transfretare, ut Egyptios Assirios Affricamque[15]) subiugaret.

18. Tunc filiam regis Bractanorum[16]) nomine Mikolch[17]) supra formam humanam pulchriorem sibi addu-

---

[1]) Zorard. VP. [2]) Catonam [3]) suprema. S. [4]) ad Atil. Rau. peru. [5]) censum. B. [6]) et dum prom. et verba audisset romanor. [7]) admisit tamen postulata, ob reuerentiam sedis apostolice, et timorem ymaginis apparentis. VP. [8]) eleuasset. [9]) om. VP. [10]) om. [11]) fecit. [12]) cum suis sequacibus. [13]) et complicibus suis sexaginta milia marcar. [14]) Pannoniam est reuersus. [15]) et Affricam. VP. Affr. subiug. S. [16]) Bratanorum. S. [17]) Michole.

cunt ad amandum. Quam in tantum adamasse[1]) perhibetur, ut modum excesserat, sicut moris ei erat in potando. Factoque fine coitus puelle[2]) (11a) usuque[3]) consumato, de naribus eius sanguis egrediens supinoque[4]) dormienti cruor per os in guttur intrauit, ubi sanguis coagulatus tractum impediens anhelitus Atilam interemit. Micolch vero de sumpno[5]) excitata, cum suum dominum motu celeri tetigisset, et ille se mouere non potuisset, notans[6]) corpus frigidatum et priuatum calore naturali, cubicularios regios eiulatu magno ad se vocans, et[7]) dominum suum eis demonstrans uniuerse carnis viam introisse, qui sane clamore terribili perstrependo uniuersos uigiles ad hostia pallacy eorum eiulatu fecerunt cursitare. Sepelierunt denique[8]) eum cum Bele[9]) Cadicha et Keue[10]) alysque capitaneis hunorum in loco superius memorato. Diuulgato igitur eius obitu obstupuit totus mondus, et utrum inimici eius lugerent an gauderent hesitabant, filiorum multitudinem formidantes, qui quasi populi vix poterant numerari. Timebant enim[11]) aliquem post obitum patris ex filys regnaturum. Detrici vero et aliorum principum Almanie[12]) astucia, quibus rex Atila imperando in collo[13]) residebat hunorum impartita[14]) communitas in partes diuersas est diuisa, ita quidem, ut Chabam regis Atile filium ex grecorum imperatoris scilicet[15]) Honory filia procreatum, aly vero Aladarium ex Germanie principissa scilicet domina Crimiheldina procreatum in regem post Atilam sibi preficere nitebantur. (11b) Sanior vero pars hunorum dum Chabe adhesisset, Detricus autem et[16]) extera nacio cum paucis hunis Aladario, et sic ambo[17]) regnare ceperunt. Cumque alter alteri (se) preferre moli-

---

[1]) amasse. VP. [2]) pro uelle. S. [3]) usque. VP. [4]) supino dorm. [5]) somno. B. VP. [6]) cernens. [7]) om. [8]) sepelieruntque eum. [9]) Wele. VP. uelle. S. [10]) Kewe. VP. dreue. S. [11]) Et credebant aliq. [12]) alamanie. S. alamanorum. VP. [13]) in collo imp. [14]) impertita. S. [15]) seu. B. [16]) om. VP. S. [17]) Aladario adherebat. S. et. sic. om. VP.

retur, Detrici astucia qui illo tempore Sicambrie Aladario adherebat, inter ambos reges tam durum prelium ac forte est commissum, ut per quindecim dies continuos, ita Danubium germanico sanguine inundauit, quod si teutonici occisionem que per hunos facta est diebus memoratis ob odium non celarent, profecto possent confiteri, quod a Sicambria usque Potencianam, nec homines nec bruta animalia de Danubio aquam puram bibere potuissent. Istud est[1]) prelium quod hungari Crimiheld[2]) vocant, usque in diem istum. In hys[3]) itaque prelys semper Chaba et huni victoriam habuerunt, postmodum vero Detricus de Verona per traditamentum[4]) Chabam fecit superari. Deuicerat enim Chaba primitus[5]) fratrem suum, sed tandem[6]) ultimo est deuictus, ut vix quindecim milia ex parte Chabe remanerent alys hunis et filys Atile totaliter deletis et occisis. Mortuo itaque Atila tam fily sui quam inter se sunt necati. Deuictus itaque Chaba idem[7]) et germani sui, fily regis Atile[8]), qui ei astiterant[9]) numero sexaginta, cum quindecim milibus hunorum, ad Honorium auum[10]) suum fugisse perhibentur[11]). Et quamuis[12]) Honorius inperator grecorum incolam Grecie eum facere voluisset, illo renuente permanere[13]), paternam sedem videlicet Scitiam moraturus repetiuit. Manserat namque Chaba in Grecia cum Honorio annis tredecim, sed redit in Scitiam anno uno propter viarum discrimina et difficultatem passagiorum. Hic autem in Scitiam dum venit uxorem ex ea non duxit, sed de Corosmenia traduxit[14]) de consilio Bendekuz aui sui, quem sanum sed nimis decrepitum dicitur inuenisse. Ex ista quidem uxore sua genuit Edemen et Ed. Hic igitur Chaba suo ammonitu redire fecit Sciticos iterum in Pannoniam.

---

[1]) illud. add. [2]) huni Crumheld. VP. Crumhed. S. [3]) istis. [4]) tradimentum. VP. [5]) prim. Chaba. [6]) in. add. VP. [7]) om. [8]) Atile reg. [9]) assisterant. [10]) auunculum. [11]) perhibetur. [12]) quamquam. S. [13]) remanere. [14]) in Scitiam paternam scilicet sedem adiendo uxorem de Scitia non accepit, traduxit de Cor.

19. Remanserunt[1]) autem ex hunis virorum tria milia, qui per fuge interfugium erepti de prelio Crimiheldino in campum Chigladmezei[2]) se colligere procurarunt. Et[3]) cum timerent occidentis naciones ne eos inuaderent ex obrupto[4]) ad Erdeel[5]) intrauerunt,[6]) non se hun(12a) garos sed Siculos[7]) alio nomine vocauerunt[8]). Isti etenim siculi hunorum sunt residui usque ad alium hungarorum aduentum[9]) in campo prefato commorantes. Dum ergo hungaros iterato in Pannoniam redire cognouissent, in Rutheniam eis occurrerunt, conquestrantes simul Pannonie regionem[10]), ubi tandem in eadem sorte permanserunt. Iidem[11]) namque siculi Chabam in Grecia perisse putauerunt, unde uulgus adhuc loquitur in prouerbio[12]): tunc redire debeas quando Chaba de Grecia reuertitur. Ex isto etiam Chaba filio legittimo regis Atile procreati sunt fily Edemen et Ed, quorum Edemen in secundo reditu hungarorum, in Pannoniam per se cum maxima multitudine[13]) patris et matris sue introiuit, Ed autem remansit in patria scilicet in Scitia. Ex isto eciam Chaba Abe generacio verissime est exorta[14]). Exterminata itaque multitudine filiorum regis Atile, tandem Pannonia remansit sine rege decem annis[15]), ulachis grecis, aduenis messianis, teutonicys sclauis exulibus remanentibus tantummodo in Pannonia, qui Atile seruiebant[16]).

---

[1]) remanserant. [2]) Chiglamezei. [3]) Qui. [4]) abrupto. S. [5]) Erdeelew. VP. Erdeelu. S. [6]) interuenerunt. S. [7]) Zekul. VP. zaculos. S. [8]) In vita quidem Atyle infesti fuerant ipsi huni occidentali nacioni. add. [9]) reditum. [10]) qua quidem conquestrata in eadem sorte remanserunt, ut tamen hungari voluerunt. non in plano Pannonie, sed cum vlachis in montibus confinii sortem habuerunt, unde vlachis commixti literis ipsorum uti perhibentur. VP. [11]) Isti. [12]) communi. [13]) familia. [14]) exorta est. S. [15]) annis decem. S. [16]) Fusius disserit de Siculis Cod. VP. ab „Isti namque Zekuli Chabam — usque — seruiebant." Vide Fontes II. p. 120. Codex Sambuci haec interserit: Iste namque Chaba legiptimus filius erat Atylle regis, ex grecorum imperatoris filia, scilicet Honorii procreatus, cuius filii Edemen et Et sunt vocati. Edemen vero in secundo reditu hungarorum etc.

20. Surrexit post hec quidam princeps Suetibolug[1]) Morothi filius in Polonia[2]) cepitque nichilominus et in Pannonia dominari. Hunc quidem primo hungari de Erdel[3]) et de flumine Vngh muneribus varys explorantes practando[4]) diuersis sermonibus, denique irrupcione subita in quodam oppido circa pontem Bani iuxta Tatam, cuius oppidi adhuc patet[5]) interruptio, cum tota milicia deleuerunt. Et sic populis memoratis, quos Morothi filius dilatando[6]) adauxerat inceperunt dominari[7]). Regnauit autem Atila annis XLIIII, ducatum tenuit annis quinque[8]); vixit autem centum et uiginti quinque[9]) annis etc[10]). **Quot annis Atila regnauit atque vixit, hic prenotatur.**

21. Tradunt quidam quod hungari Moroth non Suetibolug in secundo eorum reditu in Pannonia reperissent principantem. Hoc idcirco esse habet, quia Moroth pater eius nomine maior erat, sed confectus senio repausabat in castro quod Besprem nominatur. Audito infortunio quod filio acciderat, morte subita ob dolorem finiuit vitam suam, filius, vero in dominando nouus erat. Huni autem applicuerunt fluuio Tyscie, et de Tyscia egressi quinto anno. A prelio Kezumair, usque regimen[11]) Atile annus fluxit unus etc. (12b)

22. Mortuus est autem Atila post ingressum hungarorum in Pannoniam anno LXXII-o ab incarnacione autem domini XL-o quinto tempore imperatoris Marciani secundi, et pape Gelasi primi. Nocte autem illa qua Atila mortuus est in Sicambria, vidit Marcianus imperator in

[1]) Zuatapolug. VP. Zuatapollug. S. [2]) Pononia. S. [3]) Erdeel B. Erdeelu. S. [4]) bractando S. [5]) apparet. S. [6]) dilactando. S. [7]) Cod. S. sic continuat: Huni autem applicuerunt fluuio Tiscie, et de Tiscia egressi quinto anno. A prelio Zecesummaur usque regnum Atylle effluxit (annus) unus. Regnauit autem Atylla etc. [8]) quinque annis. S. [9]) centum viginti quatuor. S. [10]) Sequitur in Cod. S. Explicit prima Cronica hungarorum. Incipit secunda. In editione vero Budensi: Incipit prologus secunde partis Cronice hungarorum. [11]) regnum. VP.

sompnis arcum Atile fractum, ex hoc intelligens ipsum esse mortuum, qui tunc Constantinopolim morabatur.[1])

23. Digestis[2]) igitur hunorum natalibus, prelys felicibus et sinistris quociensque eorum loca immutauerunt, uidendum nunc est quo tempore in Pannoniam redierunt iterato, quique redeuncium fuerint[3]) capitanei, quantusque[4]) numerus armatorum in exercitu fuit[5]), apponere dignum duxi.

Hec secunda pars Coronice est de secundo ingressu hungarorum in Pannoniam, et de vita et morte eorundem in dicto regno hinc inde successorum.

24. Anno ab incarnacione domini sexcentesimo LXX-o VII-o a morte vero Atile regis hungarorum anno centesimo quarto, tempore Constantini imperatoris tercii et Zacharie pape, sicut scribitur in Coronica Romanorum, hungari de Scitia secundo ingressi[6]) sunt hoc modo etc.

De generacionibus infra declaratis patent.

25. (13a) Porro[7]) Eleud filius Vgek ex filia Ennodbilia[8]) in Scitia Magor[9]) genuit filium qui nominatur Almus ab euentu. Quia matri eius in somno[10]) innotuerat auis quasi in forma austuris veniens dum esset grauida, et quod de utero eius egrederetur torrens, ac in terra non sua multiplicaretur. Ideoque factum[11]) fuit quod de lumbis eius gloriosi reges propagarentur. Quia vero somnium in lingua nostra dicitur Alm[12]) et illius ortus per somnium fuit prenosticatus[13]) ideo ipse vocatus est. Al-

[1]) Eadem omnia sed diuerso ordine narrat Cod. VP. Fontium Volumine. II. p. 120—21. [2]) De gestis. S. VP. [3]) fuerunt. VP. B. [4]) quantus quisque B. [5]) om [6]) egressi VP. in codice S. et editione B. haec temporum signatio desideratur. [7]) Ex VP. excidit titulus de generationibus, pro porro enim, habet relativum Quod. [8]) Eunodbilia. [9]) Scythiam omittunt B et S habentque: in Mogor, hoc vero omittit. VP. [10]) somnio. B. [11]) fatatum. B. [12]) Alin. S. [13]) pronosticatus. B. S.

mus; qui fuit Eleud, qui fuit Vgek, qui fuit Ed[1]), qui fuit Chaba qui fuit Atila[2]), qui fuit Etele[3]), qui fuit Bendekuz, qui fuit Torda[4]), qui fuit Scemeyn[5]) vel Zemeri, qui fuit Ethei, qui fuit Opus, qui fuit Cadicha, qui fuit Berend, qui fuit Zulta, qui fuit Bulchu, qui fuit Bolug, qui fuit Zambur, qui fuit Zamur, qui fuit Leel, qui fuit Leuente[6]), qui fuit Kulche, qui fuit Ompud, qui fuit Miske, qui fuit Mike, qui fuit Beztur[7]), qui fuit Budli, vel Buldy, qui fuit Chanad, qui fuit Buken[8]), qui fuit Bodofart, vel Bondofard[9]), qui fuit Farkas, qui fuit Othmar, qui fuit Kadar, qui fuit Beler, qui fuit Kear[10]), qui fuit Keue[11]), qui fuit Keled, qui fuit Dama, qui fuit Bor, qui fuit Hunor, qui fuit Nemproth, qui fuit Thana, qui fuit Japhet, qui fuit Noe. Almus autem[12]) genuit Zolthan[13]), Zolthan genuit Toxun[14]).

26. Imperante igitur Ottone[15]) Cesare de Sueuia oriundo in Italia et Germania, in Francia Lotary[16]) regis filio Lodouico, ac Antonio Duro filio Theodori, anno octingentesimo octuagesimo octauo ab incarnacione Jesu Christi wlgariter Maghiari[17]) siue huni, latine vero hungari denuo ingressi sunt Pannoniam[18]). Transeuntes enim[19]) per[20]) regna Bessenorum[21]), alborum Cumanorum, Susdaliam, et ciuitatem Kyo nominatam, deinde[22]) transcenderunt[23]) in quandam prouinciam, ubi viderunt aquilas innumerabiles, et ibi propter aquilas illas manere non

---

1) q. f. eugek. q. f. ad. S. 2) Atile. 3) om. ceteri. 4) Turda. 5) Scemen. VP. S. om: vel Zemeri. 6) leuuente. S. 7) bemtur. S. 8) bukem. S. 9) Bodofart. B. Bondofard. VP. 10) quear. S. 11) Keuue. S. 12) om. VP. S. 13) Zoltam. S. 14) toxim. S. 15) othone. S. 16) lotharii. S. 17) mogori. S. Magyari. B. 18) loco: Imperante — etc. haec habet VP: Anno igitur ab incarnacione domini sexcentesimo, vel sexingentesimo septuagesimo septimo a morte vero Atyle regis anno centesimo wlgariter Magori siue huni latine vero ungari tempore Constantini tertii imperatoris et Zacharie pape denuo ingr. etc. 19) igitur. VP. 20) om. B. S. per regnum. VP. 21) bessorum. VP. S. 22) hungari. 23) transierunt. VP. S.

potuerunt, quia de arboribus tamquam musce[1]) descendebant aquile (13b) et consummabant deuorando pecora eorum et equos; volebat enim Deus, ut citius descenderent Hungariam. Exinde montes transcendentes[2]) per tres menses tandem[3]) deueuerunt[4]) in confinium regni hungarie scilicet in Erdeel[5]), inuitis gentibus memoratis. Ibique terreis castris septem preparatis pro uxoribus et rebus suis conseruandis aliquandiu permanserunt. Quapropter teutonici[6]) partem illam ab illo die Sibenburg[7]), id est septem castra vocauerunt.

27. Cumque in eisdem castris permanerent, irrupcionem circumquaque[8]) iacencium dominorum formidantes, deliberato communi consilio septem capitaneos inter se prefecerunt, et in septem exercitus sunt diuisi, ita ut unusquisque exercitus unum haberet capitaneum, sine centurionibus et decanis consueto modo positiuis. Unus namque exercitus habebat tria milia virorum armatorum, sine centumuiris. Ex centum itaque et octo tribubus[9]) in secundo egressu de Scitia ducenta et tria milia[10]) virorum armatorum sunt egressi, familiarium numero non apposito.

28. Fuerat autem ex istis capitaneis dicior et potencior Arpad filius Almi[11]), fily Eleud, fily Ugek. Huius autem pater Almus in patria Erdeel occisus est, non enim potuit[12]) Pannoniam introire. In Erdeel igitur cum[13]) quieuerunt, et pecora sua recreauerunt. Audientes[14]) terre utilitatem de inhabitatoribus[15]), et[16]) quod optimus fluuius esset Danubius, terraque melior[17]) in mondo non esset partibus illis; accepto[18]) communi consilio, miserunt nun-

---

[1]) musche. S. [2]) transcendunt S. descendunt. VP. [3]) et. VP. S. [4]) deueniunt. [5]) Erdelw. VP. Erdelu. S. [6]) teotonici. S. [7]) Simburg. VP. S. [8]) quacunque. S. [9]) itaque tribubus et octo. VP. S. [10]) de qualibet tribu. add. VP. duo milia virorum. VP. et S. [11]) Almus. [12]) in add. VP. [13]) omittunt S. et. VP. [14]) autem. add. [15]) habitatorib. VP. habitationibus S. [16]) om. [17]) et melior terra. [18]) itaque. add.

cium nomine Kusid[1]), ut iret et totam terram conspiceret[2]). Cumque ergo[3]) Kusid venisset in medium Hungarie, et circa partes Danuby descendisset, vidit locum amenum, ac circumquaque terram bonam et[4]) fertilem, fluuium bonum ac[5]) pratosum, placuit ei. Deinde venit ad ducem prouincie qui regnabat post Atilam, vocatum Suetibolug[6]), salutauitque eum de suis, et causam pro qua uenerat manifestauit. Hec audiens Suetibolug[7]) gauisus est gaudio magno, putabat enim eos esse rusticos, ut venirent et terram eius colerent, propter hoc[8]) nuncium delicatum remisit. Kusid autem de aqua Danuby lagenam implens, et herbam periarum[9]) ponens in utrem, et de terra nigri sabuli accipiens ad suos reuersus est. Cumque narrasset omnia que audierat[10]) et (14a) viderat, valde placuit eis, et lagenam aque terram et herbam eis presentauit: de quibus ipsi sapiendo bene cognouerunt, quod terra optima sit, et aquam dulcem habeat[11]) et pratum cum herbis similibus, quomodo[12]) nuncius eis recitauit. Arpad vero cum suis de aqua Danuby cornu implens, et ante omnes hungaros super illud cornu omnipotentis Dei clementiam rogauit, ut dominus eis terram in perpetuum concederet. Finitis his verbis omnes hungari clamauerunt[13]): Deus Deus Deus, tribus vicibus, et ibi inuentus est usus iste, et seruatur apud hungaros usque modo. Deinde communi consilio ad predictum ducem eundem nuncium remiserunt, et ei equum album et[14]) magnum, cum sella deaurata, auro Arabie et freno deaurato miserunt pro terra sua. Quo viso dux ipse magis gauisus, putabat quod ei pro terra quadam hospitalari[15]) misissent. Nuncius autem[16]) impetrauit ibi a duce terram[17]) herbam

---

1) rusid. S. Kusid filium Kund. 2) prospiceret. VP. perspiceret. S. habitatoresque terre agnosceret. add. uterque Cod. 3) que om. cum ergo K. veniret. S. 4) ac. 5) et. 6) Zuatapolug. 7) Scentepolug. S. 8) pro hoc. S. 9) pesiar. S. 10) adierat. S. 11) aq. habebat dulcem. habeat. B. 12) que. VP. quo. S. 13) clamabant. S. 14) eq. magnum. VP. 15) hospitalarii. S. VP. 16) ergo. 17) et. add. S.

et aquam. Dux vero subridens ait: habeant quantumcunque[1]) volunt pro hoc munere. Et sic nuncius reuersus est ad suos[2]).

29. Arpad autem interim cum septem ducibus Pannoniam intrauit, non enim[3]) sicut hospites, sed sicut terram iure hereditario possidentes. Tunc nuncium alium ad ducem miserunt, et ei hanc legacionem mandauerunt: Arpad cum suis tibi dicit, quod super ista terra quam a te emerunt diucius nullo modo stes, quia terram tuam cum equo emerunt, herbam cum freno, aquam cum sella; et tu propter emphiteosim, id est inopiam et cupiditatem, terram herbam et aquam concessisti. Cumque duci dicta esset legacio subridens dixit: equum illum malleo ligneo interficiant, frenum autem in pratum proiciant, sellam autem[4]) deauratam in aquam Danuby abiciant. Cui nuncius: Et inde domine quid damni habebunt? Si equum interficies[5]) canibus suis victualia dabis, si frenum in herbam proicies, homines sui qui fenum falcant, aurum freni inuenient[6]), si vero sellam in Danubium abicis, piscatores illius aurum selle super littus exponent[7]), atque domi[8]) reportabunt. Si ergo terram herbam et aquam habent, totum habent. Dux ergo ille[9]) hys auditis exercitum cito congregauit timens hungaros, et auxilium (14b) ab amicis impetrauit, et omnibus coadunatis obuiam illis[10]) venit. Illi autem interdum prope Danubium peruenerunt, et in campo pulcerrimo summo diluculo pugnam inierunt. Fuit autem auxilium domini cum hungaris, a quorum facie dux sepedictus se in fugam conuertit. Persecutique sunt[11]) eum hungari usque Danubium, et ibi pre timore in Danubium se iactauit, in quo pre aquarum vehemencia suffocatur. Retradidit autem dominus Hungaris Pannoniam sicut tra-

---

[1]) quandocunque. S. [2]) ad suos reuersus est. VP. reuersus. S. [3]) om. VP. [4]) vero. VP. [5]) interficiens. S. interficis. VP. [6]) inueniunt. VP. [7]) exponunt. [8]) domum. [9]) om. [10]) eis obuiam. [11]) pers. suntque.

diderat filys Israel tempore Moysi Seon regem Amorreorum[1]) et Ogh regem Basan[2]) et omnia regna Chanaan in hereditatem.

30. Dum ergo capitaneus iste Arpad uteretur speciali quadam in Scitia dignitate, et hanc haberet ipsius generacio consuetudinem, Scitica legittima et probata, ut unus in expedicione gradientibus debeat anteire in redeundo vero retrocedere; ipse pro eo alios capitaneos[3]) fertur precesisse[4]), in Pannoniam adeuntes. Eoque Arpad Suetibolug[5]) cum ceteris hungaris ut supra dictum est debellato et occiso, castra fixit in monte Noe prope Albam, et ille locus est primus, quem[6]) sibi elegit in Pannonia; unde et ciuitas Alba per sanctum regem Stephanum, qui de ipso processit, fundata est ibi prope.

31. Zoboley[7]) vero alius capitaneus unde Chaak oritur generacio, descendisse dicitur in ipso campo et loco ubi Chaakuara nunc iacet desolata. Illud enim[8]) castrum Zoboley[9]) fundauit capitaneus, quod postmodum Chaak ipso mortuo, suo nomine a suis cognatis et familia iussit appellari, primo quidem Zoboley dicebatur. Illud etiam castrum temporibus Andree Bele[10]) et Leuente filiorum Zaar Ladizlai per commune consilium hungarorum est confractum.

32. Tercius vero capitaneus Gyula fuit, unde Gyula filius Ladizlai deriuatur. Eratque iste Gyula dux magnus et potens, qui ciuitatem Albam[11]) in Erdeel[12]) in venacione sua inuenerat, que iam pridem a romanis constructa fuerat. Habebatque filiam pulcherrimam nomine Zarolth[13]) de cuius pulchritudine duces prouinciales[14]) diucius loquebantur. Quam Geysa dux consilio (15a) et auxilio

---

[1]) terram. S. regis Amor. [2]) et Ogh. r. B. om. [3]) in Pannoniam adeuntes. add. [4]) precedi se. S. [5]) Zuatapolug. VP. Zentepolug. S. [6]) Arpad. add. [7]) Zoboleh VP. Zobeley. B. Zobuley. S. [8]) etiam. B. [9]) Zobolei. [10]) Belle. S. [11]) magnam. VP. [12]) Erdelw. Erdelu. [13]) nomine Sarolt pulcherr. Zarolch. V. [14]) prouinciales duces.

Beliud qui terram Kulan[1]) possederat transduxit[2]) in uxorem legittimam. Isti Beliud Kulan dedit filiam suam, ut contra fratrem suum Kean[3]) debellaret. Et post obitum suum terram suam idem Kulan Beliud hereditauit. Tandem cum Gyula hungaris in Pannonia habitantibus infestus esset, et multipliciter aggrauatus[4]), per sanctum Stephanum regem[5]) in Pannoniam est deductus, non tamen iste Gyula capitaneus, sed ab illo tercius.

33. Quarti siquidem capitanei vocabulum fuerat Kund, cuius filius[6]) Kusyd et Cupan[7]), qui prope Nyr fixere sua castra, ibique post baptismum monasterium fundauere.

34. Sed quintus Leel est nominatus, qui Messarios[8]) scilicet Bohemicos[9]) de partibus Golgothe[10]) expulit, ibique diucius castra metatus fuisse perhibetur. Ex isto quidem Zouard[11]) oritur generacio siue prosapia et origo.

35. Sextus capitaneus Berbulchu[12]) nomen habuit, qui circa Balatun sua tabernacula fixisse probatur.

36. Septimus capitaneus Vrs dicitur. Istius siquidem generacio circa Seo locum habebat[13]).

37. Alie vero generaciones que genere sunt pares istis[14]) et consimiles acceperunt sibi loca[15]) et descensum ad eorum beneplacitum. Cum igitur codices quidam contineant, quod isti[16]) capitanei septem Pannoniam introierint, et Hungaria ex ipsis solis edita sit et plantata, unde ergo venit generacio Akus Bor Abe aliorumque nobilium hungarorum, cum omnes iste[17]) non hospites, sed de Scitia descenderunt? Assignant enim hanc racionem solam quam uulgus dicit: septem hungaros. Si ergo septem soli sunt hungari cum familia, et non plures familie uxores

---

[1]) om. S. [2]) traduxit. VP. V. [3]) rean. S. [4]) aggrauator. S. [5]) regem Steph. S. [6]) fily. B. [7]) Cupa. B. [8]) messianos. VP. mesianos. S. [9]) bohemios. S. [10]) Golgate. [11]) Zuard. [12]) Werbulchu. VP. uerbulchu. S. [13]) habet. S. [14]) istis pares. [15]) locum. [16]) ipsi. VP. [17]) isti.

fily et filie accipi possunt, serui et ancille; numquid enim cum tali familia regna possunt expugnari? Absit.

38. Accidit autem temporibus Toxun hungarorum exercitum versus Galliam pro accipiendis spolys ascendisse. Qui cum in reditu Reno transmeato diuisi forent in tres partes, due sine honore, una cum honore in Hungariam descen(15b)debat. Quam dux Saxonie apud Isnacum[1]) ciuitatem sine septem hungaris omnino[2]) interfecit. Septem autem ex ipsis reseruatis, amputatis auribus misit in Pannoniam. Ite inquit ad vestros hungaros taliter enarrantes, ut amplius non veniant in hunc locum tormentorum. Due vero partes iam Sueuiam introierant. Audito ut acciderat eorum socys et cognatis, dimiserunt spolia[3]) in Sueuia, et quidquid eis occurrit a flumine Illirici usque ad flumen Saar siue Saytah[4]) occiderunt, ab homine usque ad pecus. Hungaris autem septem sine auribus pro eo ut viui redierunt, et se occidi cum socys non elegerunt, communitas talem sentenciam dedisse perhibetur: Omnia que habuerunt[5]) amiserunt, tam in re stabili quam mobili; ab uxoribus et pueris illos separantes, pedites sine calceis, propriumque nil habere permiserunt. Semper eciam insimul de thabernaculo in[6]) thabernaculum mendicatum[7]) usque dum viuerent ire compulerunt. Qui quidem septem ob offensam huiusmodi Lazari sunt vocati. Vel sic: Qui quidem septem ob offensam huiusmodi Hethmagiar[8]) et Gyak[9]) sunt vocati. De istis itaque sic damnatis uulgus dicit non de septem[10]) istis primis. Preterea cum sit quodam modo proprium mondanorum arrogancie plausum plus de se assumere, quam ex alienis de seipsis componere[11]), ideoque isti capitanei septem cantilenas de seipsis componentes[12]) fecerunt inter se decantari ob

[1]) Turingie. add. [2]) omnes. [3]) accipere. add. [4]) Leytah. VP. Seytah. S. [5]) habebant. [6]) ad. S. [7]) mendicando. [8]) hetmogor. S. [9]) Gok. S. Lazari habet. VP. Woh.V. [10]) capitaneis. add. [11]) de se ip. componere. om. S. componentes. VP. [12]) de se ips. cant. comp. VP.

plausum secularem, et diuulgacionem sui nominis, ut quasi eorum posteritas hys auditis inter vicinos et amicos iactare arogancia se valerent. Constat ergo[1]) et manifestum est ex hoc non solum[2]) septem capitaneos Pannoniam conquestrasse, sed eciam alios nobiles quamplures[3]) simul cum illis de Scitia descendisse[4]). Vnde in ipsis capitaneis[5]) venerari potest nomen dignitatis plus alys et potencie: nobilitatis vero equaliter.

39. Cum ergo quidam sint hospites isto tempore nobilitate pares hungaris, inquirendum est quare istud esse habuit, undeque processit[6]), cum hungari numero valido[7]) ad implendam Pannoniam suffecissent. Geysa namque dux inter alios diuino premonitus oraculo conuertere cepit hungarorum gentem ad fidem Christianam; et dum monitu illos conuertere non posset paganismis ritibus deditos et intentos, oportebat quosdam armis edomare (16a). Ad quod autem faciendum quia plures fuere fidei repugnantes quam quippe adherentes, necessarium habuit desiderium suum diuulgare regibus et principibus christianis. Quo audito huius desiderio, non solum iuuamen transmiserunt, sed eciam personaliter adierunt quibus fuerat hungarorum crudelitas nociua plurimum ac exosa.

40. Introiuit ergo primo[8]) Deodatus de comitibus sancti Seuerini de Apulia, qui fundator extitit monastery de Tata et parator. Iste eciam cum sancto Adalberto episcopo pragensi[9]) sanctum regem Stephanum baptisauit. Cuius quidem monastery nomen pro eo Tata appellatur, quia cum beatus rex Stephanus ipsius nomen ob reuerantiam non exprimeret, sed eum Tata apellaret, abolitum est nomen Deodati, sed Tata extitit[10]) vocatus[11]). Vnde

---

[1]) itaque. [2]) Constat itaque non tantum septem. capitaneos. [3]) om. [4]) qui de Scytia descenderunt. [5]) om. [6]) und. proc. om. [7]) in numero valido. B. hungari num. ad implendam. VP. inualido hung. num. ad. impl. S. [8]) Intrauit. VP. [9]) prag. epo. [10]) est. S. [11]) vocitatus. B.

eciam ipsius monasterium taliter est vocatum. Huius quidem generacio in Pannonia non habetur, quia quamuis uxorem habuisset, tamen sine heredibus finiuit vitam suam.

41. Post hec de Almania[1]) Volphgerus cum fratre suo Hederico[2]) de comitibus Houmburch[3]) ortus cum trecentis dextrarys faleratis introiuit, cui dux Geycha montem Kiscen[4]) pro descensu eterno contulissse comprobatur, ubi castrum ligneum edificauit[5]) fecitque[6]) in eodem monte cenobium ubi est tumulatus. De istis deinde[7]) Hederici generacio deriuatur.

42. Descendit quoque de Bauaria Vecellinus[8]) videlicet de ueyzenburch[9]) qui cum sancto rege[10]) Stephano in Simigio Cupan[11]) ducem interfecit, capitaneus enim exercitus extitit illo die. Ex istis Jak[12]) nascitur principium et origo.

43. Audierunt[13]) eciam hys diebus Hunt et Paznan[14]), qui sanctum regem Stephanum[15]) in flumine Garany[16]) gladio teutonico more accinxerunt. Istorum namque generacio ab eisdem[17]) nominibus distare non videtur. Istorum itaque comitum dux Geycha fretus auxilio, et sanctus rex Stephanus suus filius, et diuino pocius, quosdam rebelles armorum terroribus, nonnullos voluntarie conuerterunt ad baptismum. Quos quidem comites tam dux Geycha quam filius suus latis et amplis hereditatibus pro ipsorum seruicio[18]) ditauere, prout apparet nunc manifeste. Qui quidem temporis in processu hungaris per contractus matrimoniorum sunt immixti. Istorum eciam consilio et àuxilio super hungaros rex est constitutus, pluresque nobiles (16b) hungari duci Cupan adherentes, baptismum fidemque respuentes ad turpia seruicia sunt

---

[1]) alemania. S. alamania. VP. [2]) hedrico. [3]) houmburth. S. heinburg. VP. [4]) et insulam Danuby circa Jaurinum dedit pro desc. eterno, ubi castrum ligneum faciens fecit quoque. VP. [5]) faciens. S. [6]) fecit quoque. S. [7]) om. [8]) Vcelinus. S. [9]) uarumburg. S. [10]) om. VP. cum Steph. sancto. S. [11]) Cupam. S. [12]) Jako. VP. [13]) adierunt. [14]) pazuan. S. [15]) S. St. regem. [16]) goron. [17]) istis. [18]) seruitiis. VP.

detrusi. Illis nempe in gerendis iudicatus erat nobilior, qui fidei Christi citius adhesisset.

44. Poth vero generacio, unde Conradus de Altinburg[1]) deriuatur, temporibus regis Salomonis[2]) fily Andree venit in Pannoniam. Hic Hernistus est vocatus, sed propterea Poth fuit appellatus, quia internuncius erat inter imperatorem Conradum[3]) et Andream ac Salomonem reges. Poth enim teutonice, latine nuncius sonat.

45. Berse[4]) autem et Gregory generacio de Francia est, ex consanguinitate Guillermi dicti Cornes[5]).

46. Kyquini quidem et Rinaldi[6]) origo est de Hispania, cum regina Margaretha coniuge Bele[7]) regis fily Zaar Ladizlai Pannoniam adeuntes. Hic enim Bela primo uxorem de Polonia habuit.

47. De generacione autem[8]) Guth Keled plura enarrantur, sed pro certo per Petrum regem dum idem fugit ad Henricum Cesarem in adiutorium ei sunt adducti de castro Stoph. Sunt exorti de Sueuia, unde imperator Fridericus[9]) ortum habet. Ista enim generacio de primatibus Sueuie extitit procreata: pauperes enim sunt hereditatibus, sed probi et valentes sunt in patria memorata. Istius siquidem Guth Keled generacio temporibus Salomonis regis, Ladizlai et Geyche ducum extitit exaltata. Nam tunc ipsa generacio in duas partes diuisa fuit; quidam ducibus adherentes, quidam vero Salomoni, et specialiter Vid, quem Salomon exaltasse perhibetur super alios de generacione predicta[11]).

48. Generacionem[12]) Ratoldi[13]) de Apulia exiuisse nullus debet dubitare. De cognacione comitis Castrie[14]) Oliuerus Ratoldus oriundi per regem Colomannum filium

---

[1]) de imperatore Corardus de Altinb. VP. Corandus de Altimburg. S. Altenburch. V. [2]) Salamonis. S. [3]) Corardum. VP. Corradum. S. [4]) Merse. VP. Gerse. B. [5]) Comes. VP. Corues. B. S. [6]) Renaldi. [7]) belle. S. bella. [8]) ergo. [9]) Fridricus. S. [10]) om. VP. [11]) supradicta. [12]) autem. add. S. igitur. V. [13]) Rataldi. [14]) Caste. V.

Geyche regis, qui Dalmaticos subiugauit, in Pannonia collocantur[1]).

49. Hermanni eciam generacio cum regina Keysla introiuit. Liberi homines sunt de Nurunberg[2]) hereditatibus pauperes.

50. De generacione quidem Buzad est dicendum. Huius enim generacio per regem Stephanum filium secundi Bele in Hungariam adducitur in adiutorium regis memorati. Ex comitibus enim de Orlemund[3]) sunt. Primus enim qui venit Hadolth[4]) est vocatus, cuius filius similiter (17a) Hadolth et Arnoldus. Ex istis origo procedit Buzad bani. Hic enim Hadolth cum[5]) exprimi non potuit, paralogizando[6]) Hodolth[7]) dicitur. Generacio quidem Chaak cum alys quibusdam generacionibus conspirauerat[8]) contra istum regem, quas per Hodolth[9]) et suam miliciam, quam cum ipso adduxerat[10]) dicitur contriuisse[11]).

51. Stephani Ladizlai et Gregory filiorum Keled prosapia de prouincia Mysne[12]) ortum habet. Stephanus enim filius fuit[13]) Mysnensis[14]) marchionis filius[15]) comitis Marourgi de Herfold[16]), qui occiso Turingie Lantgrauio in Frankfordia[17]) in solemni curia, ubi imperator eligi debuit per eum ac per alios; dum reoccidendi sentencia per Almanie[18]) principes contra ipsum lata esset diebus Geyche regis fily secundi Bele, descendit in Pannoniam

---

[1]) Loco horum Cod. VP. ista ponit: Generatio Oliuery et Ratoldi. Post hec intrant Oliuerius et Ratoldus tempore regis Colomani de regno Apulorum. De Caserta ortum habent. Illi vero de Sambuk de comitibus Campanie ex Francia oriuntur. [2]) Nurumburg. VP. [3]) Orlamundi. VP. Orlamund. S. [4]) Hadoch, Hadolch. VP. adolt. S. [5]) om. abolti. S. [6]) paraloisando. [7]) hoholth. [8]) conspirauerunt. [9]) quos p. Hoholdum. [10]) q. c. ipso adduxerat. om. VP. [11]) conteruisse. S. [12]) meysie. VP. meiste. S. [13]) sororis. add. [14]) meysnensis. VP. mesuensis. S. [15]) filii. B. [16]) Herford. B. [17]) Francfurd. VP. Franfurch. S. [18]) alamanie.

cum dextrarys faleratis LX, et a rege predicto receptus solemniter optime[1]) et latis possessionibus inuestitur, prout patet; ipso in Mysnensis regionis proscriptionis penam incurrente[2]).

52. Eorum vero generacio[3]) qui dicuntur de Bobocha[4]), de Samberg descenderunt[5]) in Pannoniam.

53. Symonis enim et fratris eius Michaelis generacio[6]) Mortundorf nominatur, temporibus Andree regis fily Bele tercy descendit de Hispania. Castra quidem plura[7]) habet in Hispania illa generacio, ex quibus unum quod melius est Boyoth. Huius quidem Symonis auus dum cum rege Aragonum annis pluribus contendisset, tandem per eundem regem captiuatus in carcerem detruditur. Quod Simon comes et Bertramus[8]) formidantes, cum secunda uxore prefati regis Andree que fuerat in[9]) Campania in Hungariam intrauerunt. In Hispania enim nulla generacio in scuto suo aquilam ferre audet, nisi Simon et Michael[10]).

54. Intrauerunt autem[11]) in Hungariam tam tempore regis Geyche et sancti regis Stephani, quam diebus regum aliorum Bohemi poloni greci hispani ysmaelite[12]) bessi armeni saxones turingi misnenses et rhenenses[13]) cumani latini. Qui diucius in regno commorando, quamuis illorum generacio nesciatur, per matrimoniorum diuersorum contractus hungaris immixti nobilitatem pariter[14]) et descensum sunt adepti. Quorum quidem nomina ibidem[15]) nota essent, tamen huic operi non (17b) apponam[16]).

55. Postquam autem Suetibolug[17]) per hungaros ut superius dictum est necatus esset[18]), et hungari descen-

---

[1]) optimis. [2]) intrante. VP. [3]) generacio. om. B. [4]) Boiotha. VP. [5]) descendit. [6]) quidem. add. [7]) multa. [8]) beltramus. S. [9]) de. [10]) Causam huius priuilegii „eapropter quod — mutaretur". adfert Cod. VP. II. p. 133. [11]) Preterea intrauerunt. VP. [12]) seu saraceni. add. VP. [13]) turingi — rhenenses. om. B. [14]) perinde. S. [15]) licet mihi. S. mihi. B. [16]) Quorum — apponam. om. VP. [17]) Zuatapolug. [18]) om.

dissent in Pannoniam, per sex annos eorum arma et equos meliorare curauerunt. Anno deinde[1]) septimo Morauiam et Bohemiam, in quibus eo tempore dux Vratizlaus regnare videbatur, crudeliter spoliarunt. Exinde cum victoria redeuntes, treugis ordinatis cum prefato duce uno anno quieuerunt. Post hec Corinthiam[2]) hostiliter adeuntes, ultra castrum Leopach[3]) dux Meranie Gothfridus[4]) nominatus, et dux Corinthie Bernhardus[5]) nec non Gregorius aquilegiensis[6]) patriarcha ipsis occurentes insimul atrociter pugnauerunt. Et quamuis ex hungaris plures ibi cecidissent, tamen ambos duces hungari occiderunt, patriarcha vero per fugam euadente. Abinde spoliata Corinthia Carniola[7]) et Stiria cum maxima preda sunt reuersi. Audito igitur Conrado Cesare, quod hungari impery sui confinia intrassent, ducesque memoratos occidissent, decreuït venire in Hungariam. Et cum exisset de Italia venissetque in Augustam Sueuie ciuitatem, ut deinde in Pannoniam inuasurus hungaros descenderet; inter romanos bellum generatum est interea intestinum; propter quod ipsum retrocedere oportebat. Inter hec hungari tamquam immobiles[8]) annis tribus ad nullas partes perrexerunt.

56. Anno autem quarto hungari[9]) Bulgariam inuaserunt, ex eaque thesaurum et armenta[10]) innumerabilia adduxerunt, castra ipsorum occupantes[11]), que domino concedente et nunc habent et possident. Postquam autem memorata regna deuicerunt, per Forum July usque in marchiam Longobardie[12]) intrauerunt, ubi ciuitatem Paduam igne et gladio consumpserunt. Ex hinc intrantes Longobardiam[13]) Lynthar Vercelline ciuitatis episcopum, imperatoris Karoli consiliarium fidissimum occidentes, ex ipsius ecclesia thesaurum maximum rapuerunt, totamque

---

[1]) igitur. A. deinde VIII. V. [2]) Carinthiam. [3]) leopah. dux Morauie. V. [4]) Ghuthfridus. S. [5]) Eberhardus. [6]) Aquilegie. [7]) Corniola. VP. Cariuola. S. [8]) immobiliter. [9]) om. B. [10]) arma. VP. [11]) et ciuitates eorum destruentes. add. [12]) lombardie. S. [13]) Lombardiam.

pene Longobardiam spoliantes, cum maximo spolio in Pannoniam cum victoria redierunt. Post hec decem annis repausantes anno undecimo Saxoniam Turingiam Sueuiam Francosque orientales id est Burgundos demoliti in confinio[1]) Bauarie ultra castrum Abah circa[2]) Danubium Almanorum[3]) (18a) exercitus ipsos oneratos in reditu[4]) inuaserunt ex abrupto[5]). Quos hungari in fugam turpiter conuerterunt, cesis multis militibus[6]) ex eisdem. In quo quidem conflictu ex hungaris tria milia virorum perierunt. Qui vero euaserunt ad propria redeuntes annis sedecim immobiliter in Hungaria permanserunt.

57. Regnante vero per Almaniam[7]) Conrado[8]) primo decimoseptimo[9]) anno hungari egressi sunt[10]) quibusdam partibus Teutonie deuastatis, cum urbem Augustam peruenissent, Vlrico[11]) episcopo ciuibus et Sueuie primatibus resistentibus, tandem cum hungari eandem obsiderent ciuitatem obstinati, nolentes de urbe recedere, missis nuncys ad Conradum memoratum, ut celeriter urbanis succurreret, idem venire non obmisit. Hungaris igitur se incaute circa obsessionem ciuitatis ingerentibus. Almanicus et Italicus exercitus illos inuasit ex abrupto, ut si fugere voluissent, nec potuissent, ex una parte fluuio lili[12]), qui illis diebus per canales mirabiliter inundauerat impedimentum faciens, ab altera vero ab exercitibus predictis circumuallantibus sicut murus, illosque constringentibus. Sic itaque artati ab hostibus quidam captiuati ab eis, aliqui crudeliter sunt necati. In quo loco Leel et Bulchu illustres capitanei captiuati sunt, et ducti coram Cesare. Quos cum Cesar requireret, quare christianis essent sic crudeles, dicunt: Nos sumus ulcio summi dei, ab ipso vobis in flagellum destinati; tunc enim per vos captiua-

---

[1]) confiniis. [2]) citra. [3]) alemanorum. [4]) in reditu honeratos. [5]) obrupto. VP. abbruto. S. [6]) milibus. militibus. V. [7]) alemaniam. VP. alamaniam. S. [8]) Corrardo. VP. [9]) dec. octauo. VP. et V. [10]) om. [11]) Vrrico. VP. Vrico. S. [12]) fluuioli. VP. fluuio Liby. V.

mur[1]), cum persequi vos cessamus. Quibus imperator: eligite vobis mortem qualem vultis. Cui Leel ait: afferatur michi tuba mea, cum qua primum buccinans, post[2]) hec tibi respondebo. Allataque est ei tuba, et appropians[3]) Cesari cum se ingereret ad buccinandum, ipsum Cesarem sic fortiter in fronte[4]) fertur percussisse, ut illo solo ictu imperator moreretur[5]). Dixitque ei: tu preibis[6]) ante me, mihique in alio seculo eris seruiturus. Est namque fides Sciticorum, ut quoscunque viuentes occiderint, in alio seculo ipsis seruire teneantur. Detentique sunt sine mora, et Ratispone patibulo suffocati.

58. Alius autem exercitus hungarorum in quo erant bene virorum armatorum quadraginta milia[7]), qui castra metatus est (18b) longe ab Augusta ciuitate, senciens[8]) socios suos tam crudeliter artari, captiuari et occidi, seorsum in quandam siluam se recepit[9]) expectans[10]) ut se abinuicem imperatoris exercitus separaret, et dum maior pars Cesaris exercitus tenderet[11]) versus Renum, hungari in campo quodam illos coniungentes, sagittis primitus illorum equos occiderunt, tota die ipsos nec descendere, nec quoquam fugere mittendo[12]). Tandem vero se mouere dum non possent, captiuari se dederunt, cum quibus socios suos Ratispone detentos redemerunt. Ipsi vero exinde tali fortuna eis occurrente monasterium de uulda[13]) combussere, ubi multum de auro haurientes, abinde Reno transpassato, Lotoringensem ducatum igne et gladio vastauerunt. Ubi circa Strozpurg[14]) in quodam prelio Ekhardum[15]) ducem Lotoringie, et Pertoldum[16]) ducem Brabancie qui ei venerat[17]) in auxilium captiuantes decollarunt[18]). Inde vero Galliam atrociter affligentes, crudeliterque

---

[1]) et occidimur. add. [2]) postea. VP. [3]) appropinguans. B. [4]) cum tuba. add. [5]) moriretur. S. [6]) peribis. B. [7]) milia quadr. [8]) sentientes. [9]) receperunt. [10]) expectantes. [11]) tendentes irent. S. [12]) permittendo. VP. [13]) Vlta. VP. ulta. S. [14]) Strasburg. V. [15]) Ecardum. S. [16]) percoldum. S. [17]) venerant S. [18]) decolarent. S.

in ecclesias dei seruientes[1]) Metense[2]) Treuerense et Aquisgranense territoria[3]) igne deuastarunt[4]). Deinde per abrupta moncium Senonensium[5]) per populos eterni martis viam sibi gladio aperientes parauerunt. Ubi siquidem Segusam Taurinamque ciuitates destruxerunt, montesque prefatos perforantes planum Longobardie[6]) cum vidissent, totam pene prouinciam concitatis[7]) cursibus vastauere. Et ita ad proprium regnum cum victoria reuertuntur.

59. Annis vero XX sine motu in Pannonia permanserunt[8]). Vicesimo autem primo anno egressi in Bulgariam intrauerunt, et inde ad[9]) ydropolim venientes, qua[10]) expugnata Constantinopolim tandem obsederunt. In obsidione igitur urbis memorate hungaris constitutis quidam grecus sicut gygas[11]) emissus de urbe, ad luctandum cum eo duos (19a) hungaros impetebat altercari[12]) dicens: quod si ambos deuinceret, imperator grecorum hungaris nil pene dare teneretur; si autem ambos non deuinceret grecorum imperator censu hungaris teneretur. Qui cum hungaris infestus esset ultra modum unum contrarium ei inuenerunt, qui oppositus greco ita ait: Ego inquit sum Botond[13]) rectus hungarus, minimus hungarorum, adiungas tibi duos grecos, quorum unus conseruare debeat animam tuam exituram alter vero cadauer tuum subterrandum, quia certissime censualem faciam grecorum regem genti mee. Tunc igitur capitaneus hungarorum nomine Opour, qui illi exercitui de communitatis[14]) voluntate fuerat constitutus, iussit Botond cum dolabro suo pergere contra portam urbis que erat metallina, et in porta declarare vires suas cum dolabro. Veniens autem usque ad[15]) portam talem ictum et cesuram in ipsa porta

---

1) seuientes. 2) que add. VP. quoque. S. 3) territorium. 4) deuastantes. 5) siue. add. S. 6) Lombardie. 7) concitis. V. 8) Haec omittit. VP. 9) om. 10) ipsa. 11) gygaus. V. 12) alterari. S. „quod si ambos — teneretur" om. VP. et S. 13) Rotond. S. 14) communi. VP. 15) om.

fecisse perhibetur, quod puer annorum quinque per ipsum foramen exire et intrare satis large potuisset. Facto namque spectaculo hungarorum et grecorum parataque[1]) area ad certandum ante portam urbis, parua hora simul in unum dimicantes, grecus in terram per hungarum est detrusus, et statim sine mora spiritum exhalauit. Quod factum et casum grecorum imperator qui stabat in urbis propugnaculo cum coniuge sua pro ingenti verecundia reputantes facies auerterunt suas[2]) pergentes in palacium. Verumtamen[3]) cum hungari censum repetissent, pro quo certamen commissum fuerat et pugnatum, et dum risum faceret grecorum imperator de censu postulato, recesserunt[4]) hungari de obsidione ciuitatis, depopulantes[5]) totam Greciam, haurientesque[6]) ex ea aurum gemmas et armenta infinita, sicque ad propria sunt reuersi. Communitas itaque hungarorum cum suis capitaneis siue ducibus, hec et alia huiusmodi usque ad tempora Toxun ducis gessisse perhibetur.

De generacione sancti Stephani primi regis Hungarie, post secundum ingressum de Scitia in Pannoniam, ac de vita bellis et morte eiusdem.

60. Porro Toxun genuit Geycham et Michaelem, Michael vero genuit Caluum Ladizlaum et Vazul. Geycha vero diuino premonitus oraculo anno dominice incarnacionis DCCCCLX nono quemadmodum in legenda sancti[7]) Stephani regis scriptum est, genuit sanctum Stephanum regem ex Sarolth[8]) filia Gyule[9]). At rex Stephanus plures quidem genuit filios, sed inter alios habuit unum filium nomine Emericum[10]) deo amabilem et hominibus (19b) honorabilem, cuius memoria in benedictione est. Hic autem per inscrutabile diuini consily iudicium raptus est de medio ne malicia immutaret intellectum eius, et ne

---

[1]) que om. [2]) auerter. fac. [3]) Verum cum. S. [4]) recedentes. VP. [5]) depopulati sunt. VP. [6]) que. om. [7]) beati. [8]) Saroch filia Gyule V. [9]) Gyula. [10]) Emiricum. S. (constanter.)

fictio deciperet animum eius, quemadmodum de immatura morte scribitur in libro Sapiencie. Ut ergo acta ne agamus, et exposita ne exponamus, quot et quantis virtutibus floruerit, et quam feruens in dei seruicio sanctus confessor Christi Emericus dux fuerit, scribere supersedimus; quique[1]) enim hoc scire voluerit ex legenda eiusdem beatissimi confessoris, plenam sanctissime eius conuersationis noticiam[2]) habere poterit.

61. Sanctus autem rex Stephanus iam pridem in adolescencia sua contra Cupan[3]) ducem fortem et potentem bellum gessit gloriosum. Erat autem Cupan filius calui Zyrind, qui eciam viuente Geycha duce[4]) patre sancti Stephani regis ducatum tenebat. Mortuo autem Geycha duce Cupan voluit matrem sancti Stephani regis sibi per incestuosum copulare connubium, et sanctum[5]) Stephanum occidere, ducatumque eius sue subdere potestati. Hic fuerat dux Symigiensis. Sanctus autem Stephanus conuocatis proceribus suis, per interuentum beatissimi confessoris Martini[6]) diuine misericordie implorauit auxilium. Postmodum vero conuocato[7]) exercitu, perrexit obuiam hosti suo, et ad amnem Garany[8]) primitus accinctus est gladio, ibique ad custodiam corporalis salutis sue duos principes Hunt et Paznan[9]) constituit. Tocius autem exercitus sui principem et ductorem Vecellinum[10]) hospitem almanum genere prefecit. Commisso itaque prelio, inter utrumque diu et fortiter est pugnatum[11]), sed diuine miserationis auxilio beatus Stephanus dux gloriosam obtinuit victoriam. In eodem prelio Vecellinus[12]) comes interfecit Cupan ducem et largissimis beneficys a Stephano tunc duce remuneratus est. Ipsum vero Cupan beatus Stephanus dux[13])

---

[1]) quisquis. [2]) conuersationis eius not. [3]) Cupam. S. (constanter.) [4]) Geysa duce Cupan voluit matrem S. Steph. regis etc. V. [5]) om. S. [6]) Mart. conf. [7]) congregato. [8]) goron. [9]) Pazuam. S. [10]) Vencellinum. B. Vencilinum. V. P. Vecellinum. S. [11]) dimicatum. [12]) ucelinus. S. Vencilinus. V. P. Vencellinus. B. [13]) om.

in quatuor partes fecit mactari. Primam partem misit in portam Strigoniensem, secundam in Vesprimiensem, terciam in Jauriensem, quartam in Erdeel[1]). Beatus eciam Stephanus dux uotum quod tunc uouit deo (20a) fideliter reddidit; nam uniuersum populum in prouincia Cupan ducis degentem decimas liberorum, frugum ac pecorum suorum cenobio sancti Martini dare perpetuo iure decreuit. Predictus uero Vecellinus[2]) genuit Kadi, Kadi uero genuit Cupan[3]) et Martinum.

Coronatus sanctus Stephanus.

62. Porro beatus Stephanus postquam regie celsitudinis coronam diuinitus est adeptus famosum et lucrosum bellum gessit contra proauunculum[4]) suum nomine Gyula[5]), qui tunc temporis tocius transiluani[6]) regni gubernacula possidebat. Anno itaque domini[7]) millesimo secundo beatus rex Stephanus cepit Gyulam ducem cum uxore et duobus filys suis, et in Hungariam transmisit. Hoc autem ideo fecit, quia sepissime fuit[8]) ammonitus a beato rege Stephano, nec ab inferenda hungaris iniuria conquieuit. Uniuersum vero regnum eius latissimum et opulentissimum monarchie Hungarie adiunxit. Dicitur autem regnum illud hungarice Erdeel[9]) quod irrigatur plurimis fluuys, in quorum arenis aurum colligitur, et aurum terre illius optimum est.

63. Post hec mouit exercitum super Kean ducem bulgarorum et sclauorum, que gens[10]) loca naturali situ munitissima inhabitat; unde eciam multis laboribus et[11]) sudoribus predictum ducem vix tandem deuicit et occidit, et inestimabilem copiam thesaurorum eius[12]) precipue in

---

[1]) Erdelw. VP. Erdelu. S. [2]) ucelinus. S. [3]) Cupuan. S. [4]) auunculum. VP. [5]) Gyulam. [6]) ultra siluam. [7]) domini itaque. S. [8]) om. [9]) Erdeelw. VP. Erdeelu. S. Erdelin. V. Erdelv. A. [10]) gentes — inhabitant. [11]) bellicis. add. [12]) et. V. P.

auro et gemmis ac preciosissimis[1]) lapidibus accepit, et locauit ibi unum proauum suum nomine Zoltan, qui postea hereditauit illas partes trans(20b)siluanas, et ideo vulgariter[2]) dici solet Erdeeli Zoltan[3]). Erat enim ille antiquissimus, qui vixerat usque tempora sancti Stephani[4]) regis, et ideo voluit eum esse super gentes opulentas. Ex hac itaque gaza multiplici sanctus rex Stephanus plurimum locupletatus, Albensem basilicam, quam ipse fundauerat, aureis altaribus, crucibus quoque et calicibus, indumentis eciam pontificalibus auro purissimo contextis[5]), et lapidibus preciosissimis copiauit atque ditauit. Vasa quoque ministratoria et cetera utensilia eidem basilice necessaria, nec non et alys ecclesys de regali donauit largitate. Inter cetera[6]) dedit eidem Albensi ecclesie quedam donaria sempiterne memorie digna: duo scilicet racionalia, quorum utrumque habebat oram contextam LXXIIII marcis auri purissimi, et lapidibus preciosis, que beatus Benedictus sancte romane ecclesie pontifex ad preces sancti Stephani regis, tante auctoritatis priuilegio insigniuit, ut quicunque in celebrando missam eis uteretur, legittime posset regem inungere, coronare, et gladio accingere. **Hic sanctus Benedictus pontifex inungat sanctum Stephanum in regem, et barones accingant gladio**[7]). Et quia pecunia ipsius ducis Gyule[8]) fuit male acquisita, ideo ipsa ecclesia frequenter passa est[9]) incendium. In ipsa[10]) ecclesia ipsum auunculum suum cum tota familia absque uelle conpulit baptizari; sed postea honorifice tenuit sicut patrem suum[11]). Regina vero Keysla[12]) uxor sancti regis dictam ecclesiam aureis (21a) crucibus fusoriis tabulis calicibus gemmis, et ornamentis ultra modum ditauit.

---

[1]) pretiosis. [2]) om. A. sic. add. VP. [3]) Erdeelui Zultan. S. Erdeliv Zoltan. A. [4]) om. omnes. [5]) Context. auro puriss. [6]) vero. add. [7]) Ad locum in codice spatio decem linearum vacuum refertur ubi pictor coronationis regie imaginem ponere debuisset. [8]) illius Giule. S. il. Gyule. VP. [9]) est passa. VP. [10]) in eadem autem eccl. omnes. [11]) om. [12]) Geisia. S.

64. Deinde sanctus rex venit in ciuitatem, que Vetus Buda vocatur una cum filio suo sancto Emerico et regina, et cum ibi non inuenisset aliquod pium opus in Christo, in quo possit laudari creator[1]) omnium, statim sanctissimus rex de thesauro predicti Kean ducis bulgarorum et sclauorum quem occiderat, cepit in medio ciuitatis edificare grande cenobium in honore apostolorum Petri et Pauli; ditando illud multis predys et simili libertate romane ecclesie fulciendo, in memoriam et honorem curie romane, quam corporaliter visitauerat[2]). Dum igitur edificaretur, magistri lapicide de Grecia ducti erant, et sanctissimus rex et regina racione deuocionis ibidem degebant. Regina autem cruces tabulas et ornamenta procurabat. Quia vero illud grande opus inceptum multos annos conduxerat, ideo viuente sancto Stephano rege illud cenobium non potuit consumari, sed volente deo post multum temporis sanctissimus rex Ladizlaus nepos eiusdem beati Stephani illud opus consumauit, ut scilicet possit implere[3]) votum proaui sui sicut inferius plenius declarabo[4]).

65. Consuetudo igitur[5]) sancti regis Stephani maior ista fuit, quod omnes ecclesias quas ipse fundauerat, in quolibet anno adminus tribus vicibus visitabat; et dum ad ipsas ecclesias deuenisset, primo ad omnia altaria pergebat, et singulis singulas preces effundebat. Tandem exeundo totam ecclesiam illam circuibat et fracturas siue scissuras parietum ac tectorum perspicacibus oculis et morose inspiciebat, et statim meliorari[6]) procurabat, nec a loco illius ciuitatis aut ville recedebat, nisi prius vidisset renouari. Quo experto regina Keysla[7]) dum ad aliquas ecclesias in Hungaria deuenisset, omnes apparatus in domo domini existentes sibi presentari faciebat, et renouando[8]) tam in sindone quam in bisso omni anno renouabat. Fi-

---

[1]) laudare creatorem. S. [2]) uisitarat. [3]) adimplere. [4]) declarabitur. VP. [5]) autem. [6]) remeliorari. [7]) Keisia S. [8]) renouanda. (omnes).

lius autem ipsorum beatus Emericus purpureas vestes proprias[1]) ante altaria[2]) deponebat pro altaribus induendis, sicut pater in ecclesys regalibus usque modo etc. (21b) Pater uero sanctissimus bursam auream in lumbis refertam gestabat[3]) denarys puri argenti et ubi[4]) pauperes vidisset, mox ibi accedebat. Et ideo dextera illa misericors est in corpore exterius coram oculis Hungarie usque in hodiernum diem.[5])

66. (22a) Anno domini millesimo vigesimo secundo in multis locis incendia multa et magna facta sunt, ingens eciam terre motus contigit quarto Idus May decima hora diei feria sexta[6]) post ascensionem domini; quasi duo soles visi sunt decimo kalendas July.

67. Postquam autem magnificauit dominus misericordiam suam cum beato[7]) Stephano vertendo dorsa regum in fugam a facie glady eius, et dominio eius principatus et potestates subiciendo omnium exterarum nacionum circum adiacencium, deliberauit sanctus rex Stephanus et firmiter statuit, ut omnibus pompis mundane glorie calcatis, et temporalis[8]) regni dyademate deposito solius dei seruicio semet ipsum manciparet, et ab exterioribus curis expeditus, contemplatiuam vitam[9]), tranquilla pace[10]) perageret. Coronam vero regie celsitudinis filio suo duci Emerico sanctissimis moribus diuinitus instructo se daturum disposuit. Erat enim beatus Emericus in primeuo adolescencie[11]) flore supra communem naturam hominum diuino munere sublimatus, iusticia prudencia fortitudine temperancia sapiencia sciencia, mansuetudine misericordia benignitate, largitate humilitate et paciencia armatus, ceterisque catholicis atque politicis virtutibus adornatus. Cum

---

[1]) proprias vestes purp. [2]) altare. [3]) gestab. ref. [4]) dum. [5]) hic locus vacuus 28 linearum. In B. VP. et V. titulus Incidencia. In S. Incidentia de aliquibus. [6]) sexta feria. [7]) rege. add. VP. [8]) temporali VP. [9]) et add. S. [10]) tranquillam pacem. [11]) adoloscentie S.

itaque sanctissimus pater sanctissimo filio curam administracionis et gubernandi regni solicitudinem intenderet committere, beatus dux Emericus prepropera[1]) morte prepreuentus est. Fleuit autem eum sanctus rex Stephanus et uniuersa Hungaria inconsolabiliter planctu magno valde. Tanta vero doloris acerbitate sanctus rex Stephanus exacerbatus, in grauissimam incidit infirmitatem, et post multos dies vix qualemcunque vite reparacionem recepit, sed pristine sanitati nunquam plene potuit restitui, nam et pedum doloribus urgebatur, et tristicia ac gemitibus afficiebatur[2]), presertim propterea, quia nullus videbatur de consanguineis suis idoneus ad hoc, ut eo mortuo regnum in fide Christi conseruaret. Pronior etenim erat atque paratior[3]) gens hungarica ritui paganismo inclinari, quam fidei Christiane.

68. Interim vero viribus corporis cepit (22b) repente[4]) destitui, et languore vehementissimo se grauatum senciens misit festinanter nuncium scilicet Budam filium Egyruh, qui Vazul patruelis sui filium, quem recluserat[5]) propter iuuenilem lasciuiam et stulticiam ut corrigeretur, de carcere Nitrie educeret, et ad se duceret, ut eum antequam moreretur[6]) regem constitueret. Audiens autem hoc Keysla[7]) regina inyt consilium cum Buda viro nephando, et festinantissime misit nuncium nomine Sebus, filium ipsius Buda ad carcerem in quo Vazul detinebatur. Sebus itaque preueniens nuncium regis[8]), effodit oculos Vazul, et concauitates aurium eius plumbo obturauit, et recessit in Bohemiam. Post[9]) autem veniens nuncius regis, Vazul oculis orbatum in eisdem[10]) vulneribus duxit ad regem. Quem sanctus rex Stephanus videns tam miserabiliter destructum, in nimias erupit lacrimas, sed impediente egritudinis molestia debitam penam malefactoribus

---

[1]) propria VP. [2]) et — afficiebatur. om. [3]) atque parat om. [4]) om. [5]) reduxerat. S. [6]) moriretur. S. [7]) Keysia. [8]) sequentia usque: Vazul oculis orb. om. S. [9]) hunc. add. [10]) oculis. add. VP.

impendere[1]) non potuit. Conuocatis autem filys calui Ladizlay patrui sui, scilicet Andrea Bela et Leuente[2]) consuluit eis ut quanto citius possent fugerent, ut sic sibi salutem, et corporum suorum integritatem reseruarent[3]). Illi vero[4]) salubri consilio sancti regis acquiescentes, a facie malorum et dolorum in Bohemiam fugierunt[5]).

Hic mortuus est sanctus Stephanus rex pyssimus[6]).

69. (23a) Beatus autem rex Stephanus sanctitate et gracia plenus quadragesimo sexto anno regni sui[7]) in festo assumptionis beate[8]) Marie[9]) virginis a presenti seculo nequam eripitur, et sanctorum angelorum consorcio adiungitur. Sepultus est autem in basilica quam ipse in honore sanctissime genitricis dei semper virginis Marie construxerat. Ubi multa signa et miracula fiunt interuenientibus meritis eiusdem sanctissimi regis Stephani ad laudem et gloriam domini nostri Jesu Christi, qui est benedictus in secula seculorum. Amen.

Hic sepelitur sanctus rex et fit planctus magnus[10]).

70. Confestim quoque tocius Hungarie cithara[11]) versa est in luctum, et omnis populus regni tam nobiles quam ignobiles, simul in unum diues et pauper planxerunt super morte sanctissimi regis[12]), pyssimi patris pupillorum lacrimis[13]) uberrimis, et ululatibus plurimis. Juuenes et virgines pre tristicia et merore scalidis induti vestibus[14]) per triennium choream non duxerunt, et om-

---

[1]) inferre. [2]) louenta. S. [3]) seruarent integritatem. [4]) igitur. [5]) fugerunt. [6]) De morte sancti Stephani regis. B. Beatus rex Steph. moritur et Albe tumulatur. VP. De obitu sancti regis Stephani S. [7]) sui regni. V. [8]) beatissime. VP. S. V. [9]) semper. add. VP. [10]) monitum librarii de imagine in loco vacuo delineando. [11]) cythara Hungarie. VP. [12]) Stephani. add. S. [13]) lagrimis. S. [14]) om.

nia genera[1]) musicorum delinitius[2]) dulcisono siluerunt. Planxeruntque eum planctu cordis fidissimi, eratque planctus magnus et inconsolabilis.

71. At regina Keysla[3]) cum Buda satellite scelerum[4]) Petrum alemanum[5]) vel pocius Venetum fratrem regine regem preficere statuerunt, (23b) hoc intendentes, ut regina Keysla motus sue voluntatis pro libito[6]) suo posset complere, et regnum Hungarie amissa libertate teutonicis subderetur[7]), et regina Keysla motus sue voluntatis in regno sine impedimento posset explere. Vilhelmus[8]) autem pater Petri regis fuit frater Sigismundi regis burgundorum[9]), sed post interempcionem sancti Sigismundi venerat ad imperatorem, quem imperator collocauit Venecys, et dederat ei sororem suam nomine Gerdrud[10]) in uxorem, de qua genuit Keyslam reginam. Mortua autem Gerdrud Vilhelmus duxit in uxorem sororem sancti regis Stephani, de qua genuit Petrum regem.

De seuicia expulsione, reingressu et morte Petri regis[11]).

72. Postquam autem Petrus est factus rex[12]) omnem regie serenitatis benignitatem abiecit, et teutonico furore seuiens nobiles Hungarie aspernabatur, bona terre superbo oculo et insaciabili corde cum teutonicis beluina feritate rugientibus, et cum latinis yrundinum garrulitate murmurantibus deuorabat, municiones presidia[13]) et castella teutonicis et latinis custodienda tradebat. Erat autem ipse Petrus nimium lasciuus, nullusque eo tempore tutus

---

[1]) omne genus. [2]) delinitiua dulcisona. [3]) Keysia. S. (constanter.) [4]) om. B. [5]) alamanum. [6]) libitu. VP. [7]) hic VP. adiungit: „sine impedimento,“ omittitque sequentia: usque: Villelmus. Consentit Vaticanum. Codices. A. B. et S. cum nostro faciunt. [8]) Villelmus. [9]) burgundiorum. [10]) Gertrud. [11]) De seuitia Petri regis. VP. S. De seuitia et de insolentia Petri regis. A. [12]) factus est rex. [13]) predia V.

esse poterat de pudicicia uxoris sue vel filie sue[1]) seu sororis virginitate propter insultus[2]) satellitum regis, qui eas impune violabant. Videntes autem[3]) principes Hungarie tanta mala gentis sue que contra Deum eis inferebantur, communicato consilio rogauerunt regem, ut preciperet suis a tam detestabili opere desistere. Rex vero[4]) faustu superbie inflatus pestiferum preconcepti veneni fetorem in propatulum effudit dicens[5]): Si aliquamdiu sanus fuero, omnes iudices tam clarissimos et spectabiles, quam pedaneos, centuriones et eciam decuriones[6]) ac villicos, omnesque principes et potestates in regno Hungarie teutonicos constituam, et terram eius hospitibus implebo[7]) et eam uniuersaliter in potestatem teutonicorum redigam. Et dicebat: Hoc nomen Hungaria deriuatum est ab angaria, et ideo ipsi debent angariari. Hec itaque fuerunt fomenta discordie inter Pe(24a)trum regem et hungaros.

73. Anno igitur[8]) Petri regis tercio principes hungarorum et milites consilio episcoporum conuenerunt aduersus Petrum regem, et solicite querebant, si aliquem de regali progenie in regno tunc inuenire possent, qui ad gubernandum regnum esset idoneus. Cumque neminem talem in regno inuenire potuissent, elegerunt de semetipsis quendam comitem nomine Abam, sororium sancti regis Stephani, et eum super se regem constituerunt. Aba vero congregato hungarorum exercitu contra Petrum regem processit preliaturus. Petrus autem rex videns se hungarorum auxilio destitutum, vehementer expauescens transfugit in Bauariam Henrici[9]) regis teutonicorum adiutorium imploraturus. Petro itaque per fugam e manibus hungarorum elapso hungari sceleratissimum Budam bar-

---

[1]) om. [2]) insultum. V. [3]) igitur. [4]) autem. VP. [5]) Haec paulo aliter: faustu sup. infla. ac. furore malitiam quam in corde gerebat et in animo, effudit in patulo ita dicens. A. Ceteri Codd. consentiunt cum nostro. [6]) om. VP. [7]) terramque Hungarie hospitibus adimplebo, et dominium tradam teutonicis et alienis. A. [8]) regni. add. [9]) Herrici.

batum omnium malorum intentorem cuius consilio Petrus Hungariam afflixerat in frustra[1]) concidentes interfecerunt, et duorum filiorum suorum oculos effoderunt. Sebus autem qui oculos Vazul eruerat confractis manibus et pedibus peremerunt. Quosdam vero lapidibus obruentes, alios autem in manganis ferreis ceciderunt vastantes[2]).

Expulso rege Petro de regno Aba rex consecratur.

74. Aba (24b) vero regali potestate sublimatus consecratus est in regem. Omnes autem constituciones et exacciones quas Petrus rex secundum consuetudinem suam statuerat, Aba rex in irritum reuocauit. In hys autem rebus gerendis tres de principibus regni precipui fuerunt: unus vocabatur Viske, secundus Toyzlau[3]), tercius vero Pezli[4]), qui libertatem gentis sue querebant, et regnum regali semini feliciter restituere[5]) nitebantur. In tercio vero anno regis[6]) Abe, Petrus cum Henrico rege teutonicorum descendit cum exercitu magno contra Abam regem. Rex igitur Aba audiens Petrum ab hungaris derelictum et ab Henrico rege teutonicorum benigne susceptum, anno domini millesimo quadragesimo secundo misit nuncium[7]) ad Cesarem ut perquireret an inimicaretur ei pro eo quod Petrum de regno expulerat, an eciam pacem stabilem cum eo posset habere. Cui Cesar in respondendo se inimicum esse ostendit dicens: qui meos modo[8]) iniurys lacessiuit, quid vel quantum possum ipse sentiet. Rex Aba hys auditis intellexit quod Cesar intenderet Petro regnum restituere. Inflammatus ira congregatoque exercitu magno inuasit Austriam et Bauariam, et ex utraque parte Da(25a)nuby fluminis bipertitis alis pugnatorum fortium percussit eos in ore glady. Tulit itaque spolia eorum, et plurimos captiuos ex eis secum trahens a flumine quod vocant

[1]) frusta. [2]) uastantes occiderunt. [3]) Toyzlauu. V. Toyzlaus. S. [4]) pezlai. S. [5]) restituere fideliter. [6]) regni. V. [7]) nuncios. [8]) om.

Treysama[1]) pertransiuit captiuando usque ciuitatem Tullinam[2]), in qua pernoctauit. Factum autem est hoc in[3]) secunda feria sexagesime[4]) a crepusculo usque[5]) noctem. Mane autem facto cum innumerabili multitudine captiuorum, in Hungariam reuersi sunt gaudentes. Post hec misit bellatores fortes in Carinthiam, qui plurimos captiuos ibidem ceperunt, et in Hungariam redierunt[6]). Eo tempore Cesar pasca domini Colonie celebrauit, et cum principibus suis consiliatus est, qualiter regno suo iniuste illatam ab hungaris iniuriam deberet vindicare. Qui concorditer ei consuluerunt, ut hungaros qui sine causa regnum suum hostiliter irruperant armis inuaderet, et captiuos suos ab eorum seruitute liberaret. Mouit itaque expedicionem ingentem, et consilio Vratizlai[7]) ducis bohemorum ex aquilonari parte Danuby venit ad confinium Hungarie. Legati vero hungarorum promiserant Cesari, quod hungari in omnibus starent ad mandatum eius, nisi quia Petrum in regem non susciperent; quod tamen Cesar summopere perficere affectabat, obligatus enim erat Petro[8]) promissione, quod ei regnum restitueret. Hungari vero nullatenus consenserunt, et missis muneribus, data quoque fide, quod captiuos teutonicorum abire permitterent, Cesar redyt festinanter contra insultus Gotfridi[9]) ducis Lotoringorum, fily ducis Gozzylonis.

75. Sequenti anno Aba rex missis legatis ad Cesarem que pacis sunt querebat, promittens captiuorum dimissionem quos habebat, eorum vero[10]) quos reddere non poterat condignam compensacionem. Cesar vero noluit pacem[11]) componere donec in Bauariam veniret, ut qui per hungaros iniuste lesi fuerant, composicioni pacis

---

[1]) Traysama. VP. Treysma. V. [2]) Tulnam. VP. [3]) om. [4]) om. VP. [5]) ad. add. VP. [6]) Gothfridi marchionis solus Cod. VP. meminit. A. B. S. V. cum nostro silentio praetereunt. vide Font. II. p. 148. [7]) Baratzlai. VP. baratizlai. S. baraztilai. A. Wradislay. V. [8]) sacramento. add. A. [9]) insultum Gothfredi. S. [10]) autem. [11]) om.

interessent. Venit ergo Cesar ad terminos Hungarie, et in crastinum expugnare disposuit obstacula, quibus hungari[1]) fluuium Rabcha concluserant[2]). Interim vero a legatis Abe regis rogatus est Cesar, ut competentem terminum figeret, in quo omnes captiuos ei remitteret, (25b) et donaria ei insuper daret[3]). Cesar itaque allectus muneribus, et alys grauioribus negocys prepeditus redyt Bizancium, quod est oppidum Burgundie. Ex hinc[4]) itaque rex Aba securitate accepta factus est insolens, et cepit crudeliter seuire in hungaros. Arbitrabatur enim ut omnia communia essent dominis cum seruis. Sed et iusiurandum violasse pro nichilo reputabat. Nobiles enim regni contemnens, habens semper cum rusticis et ignobilibus commune. Hungari vero nobiles nolentes ei id sustinere, exacerbacionem eius moleste ferentes conspirarunt et coniurauerunt[5]) ut eum[6]) occiderent. Quidam autem ex ipsis notificauit regi in necem eius coniuratos, ex quibus eos quos potuit captos fecit interfici sine indicy[7]) examine; quod in magnum regis detrimentum[8]) versum est. Cum enim rex Chanadini quadragesimam[9]) celebraret, in eadem quadragesima circiter quinquaginta viros nobiles sub pretextu consiliandi in quadam domo conclusit, et ab armatis militibus fecit eos obtruncari nec contritos nec confessos. Unde beatus Gerardus[10]) canonica seueritate regem corripuit, et sibi periculum imminere predixit. Quidam itaque ex coniuratis propter hoc magis incitati fugientes venerunt ad Cesarem, et oblocuti sunt contra Abam dicentes: quod pro nichilo iuramentum reputaret, nobilesque qui eum regem super se constituerant contempneret, ac cum rusticis et ignobilibus ederet equitaret et continue loqueretur. Quibus dixit imperator: Ista etenim consuetudo non est nobilis hominis, sed eius oppositi. Ipsum ergo

[1]) om. V. [2]) conduxerant. S. [3]) insuper ei donaret. [4]) Exinde. S. [5]) conspirauerunt et iurauerunt. S. [6]) ipsum. [7]) iudicii. [8]) detr. reg. [9]) quadr. chanad. [10]) Gherardus. S. Chanadiensis episcopus. add.

Cesarem efficaciter instigauerunt, ut super Abam regem iniuriam vindicaret; quia nec captiuos suos remiserat sicut Cesari iurauerat, nec illata damna resarciret. Cesar itaque armatus[1]) instigacionibus hungarorum cum exercitu norico et bohemico et Flandris[2]), aulicorum suorum bellicosissimis[3]) venit in marchiam Austrie, dissimulans se intraturum in Hungariam, simulans autem se pactum ab Aba rege exacturum et reuersurum. Tunc legati Abe regis venientes ad Cesarem repetebant hungaros qui ad eum fugerant, conquerentes et dicentes, quod ipsi essent predones et latrunculi regni Hungarie, (26a) et precipui intentores[4]) guerrarum et discordie inter hungaros et Cesarem, qui Cesari fideliter obsequerentur; ideoque huiusmodi seminatores discordie tradi oportere in manus Abe regis hungarorum. Quod Cesar nullo modo se facturum spopondit[5]) respondendo[6]). Concitato itaque cursu inuasit fines Hungarie intrans per Sopronium[7]), et cum vellet per Bobuch[8]) Rabcha[9]) pertransire fluvium. Rabcha stagnantibus aquis et densissimis nemoribus scaturientibusque paludibus impermeabilem transire non potuit. Hungari ergo qui erant cum Cesare et Petro rege, duxerunt exercitum tota nocte equitantes sursum iuxta fluuios Raba et Rabcha[10]), quos illucescente sole facili[11]) uado transierunt. Occurrit autem ei Aba rex in Menfeu iuxta Jaurinum, cum magna multitudine armatorum, nimium presumens de victoria, quia Bauari quidam intimauerant ei, quod Cesar super eum cum paucis veniret. Et ut dicitur Aba rex victoriam habuisset, nisi quia hungari quidam amiciciam Petro regi reseruantes super terram sua vexilla proiecissent, et fugissent. Tradunt autem Teutonici, quod cum ad prelium appropinquassent, cum celesti signo nebula

---

[1]) animatus. [2]) flangribus. VP. S. flagrinibus. A. [3]) om [4]) incentores. VP. [5]) om. [6]) respondit. [7]) Supronium. VP. Suprunium. S. [8]) bobuth. [9]) raabcha. S. [10]) raaba et raabcha. S. [11]) facile transierunt. B. facili modo. S.

tenuis apparuit, turboque vehemens diuinitus incitatus terribilem puluerem obtutibus ingessit hungarorum, quos iam pridem ut dicitur, quia Petrum regem suum dehonestauerant, dominus apostolicus dampnauerat feriendo. Commisso igitur[1]) prelio inter utrumque exercitum[2]) diu et acriter pugnatum est. Sed tandem Cesar diuino fretus auxilio felicem obtinuit victoriam. Aba vero rex deuictus[3]) fugit uersus Tysciam, et in villa quadam in scoobe veteri ab hungaris, quibus regnans nocuerat crudeliter iugulatur. Cuius quidem corpus est sepultum in ecclesia que fuerat prope ipsam villam. Post aliquos autem annos cum esset effossum de sepulchro, sudarium et ipsius vestimenta inuenerunt incorrupta, et loca vulnerum resanata. Tandem sepelierunt corpus eius in proprio monasterio in Sarus.

76. Cesar autem reuersus ad castra ante sacrosanctum lignum salutifere (26b) crucis se humiliter ac deuote prostrauit discalciatus pedes, cilicio ad carnem indutus, una cum omni populo suo misericordiam dei glorificauit, quod ipsum illo die liberauit de manibus hungarorum. Ex teutonicis enim illo loco[4]) infinita corruit multitudo, ita quod idem locus usque hodie ferlorun payr[5]) in eorum lingua, in nostra autem lingua vezetnemet[6]) nominatur. Ob fetorem namque mortuorum per duos menses homo non poterat bono modo per partes illas transire[7]), sagittary enim occiderant illos etc.

Aba mortuo rege Petrus rex plenarie regali corone restituitur[8]), hungari vero veniam optinuerunt.

77. Interea hungari congregati in unum[9]) supplices venerunt ad Cesarem veniam et misericordiam imploran-

[1]) itaque. S. [2]) om. [3]) cum vidisset se suorum destitutum auxilio, fugit uersus. A. [4]) in loco ipso. [5]) ferlorumpayr. S. ferlorumpayer. VP. florumpayur. A. [6]) Westnempti. VP. uezpthenempthi. S. Weztnemet. V. vezthnempmuth. A. [7]) pertransire. [8]) hung. — obtinuerunt. omittit. B. [9]) om.

tes, quos Cesar placido vultu et benigne suscipiens quod rogabant concessit. Indeque cum omni multitudine sua Albam venit, que teutonice Ueizenburg[1]) dicitur, et[2]) est principalis sedes regni Hungarie. Ibi ergo Cesar imperiali honore et latissimo[3]) preparatu ab hungaris est honoratus. Petrum regem regali corone plenarie restitutum, et sacris insignibus sancti regis Stephani more regio decoratum, in regali throno manu sua deducens, in basilica genitricis dei semper virginis Marie regaliter sedere fecit, et ibidem regem hungaris, et hungaros regi reconciliauit. Concessitque petentibus hungaris hungarica scita seruare, et consuetudinibus iudicari. Hys itaque taliter ordinatis Cesar Petro rege cum presidio suorum in Hungaria relicto cum optata prosperitate Ratisponam redyt.

De aduentu Cesaris in Hungariam[4]).

78. Sequenti quoque[5]) anno reuersus est Cesar in Hungariam, cui Petrus rex in ipsa sancta solemnitate regnum Hungarie cum deaurata lancea tradidit coram hungaris simul et coram[6]) teutonicis; multis insuper et magnificis muneribus Cesar honorificatus a rege, ad propria redyt cum gloria.

79. Interea Endre Bela et Leuente qui fugerant in Bohemiam, inde propter paupertatis necessitudinem[7]) (27a) transierunt in Poloniam, et a Myska duce Polonie benigne sunt suscepti et honorati. Tunc vero pomorani annuas pensiones duci polonorum[8]) cui tenebantur reddere recusarunt. Dux vero censum sibi debitum a pomoranis armata manu cepit exigere. Pomoranis itaque paganis et polonis christianis communiter placuit ut duces eorum duello confligerent, et si caderet devictus pomoranus con-

---

[1]) Veyzinburg ueizimburg. [2]) que. [3]) elatissimo. S. [4]) De reuersione imperatoris in Hungariam. VP. De adu. Ces. in Hung. secundario. A. [5]) vero. [6]) om. [7]) inopiam. VP. [8]) polonior. S.

suetam persoluerent[1]) pensionem: si vero polonus, tantummodo damna fleret. Cum igitur tam Myska dux quam fily eius horrerent duellum assumere impositum, Bela seipsum per verba[2]) interpretis in medium introducens sic dicebat: Si vobis polonis et domino duci placet, quamuis sim nobilior quam paganus ille, tamen pugnabo pro regni vestri commodo et honore domini ducis. Placuit itaque tam pomoranis[3]), quam polonis. Cumque armati cum lancea se iunxissent, tam viriliter pomoranum fertur Bela de suo dextrario[4]) detrusisse, ut de loco suo se mouere non potuit, et gladio perfossum prostrauit, confessusque est ipse dux pomoranus se culpabilem. Quo viso pomorani duci Polonie humiliter subditi, solitum tributum sine contradictione persoluerunt. Dux uero inde conuertens[5]) cum victoria[6]) acquisita, audaciam et potenciam valoris in Bela duce collaudans, cum toto censu pomoranico ei tradidit filiam suam in uxorem, et uniuersa que sibi necessaria fuerant sufficienter et copiose ministrari precepit, et eum in omnibus honoratum in ducatu suo tenuit, ac bona quantitate de terra eundem hereditare non obmisit[7]).

(De Bela duce. S.[8])

80. Bela vero dux ipse in Polonia duos filios genuit[9]), quorum unus Geycha alter autem[10]) Ladislaus nomine aui sui est vocatus. Displicuit autem Endre et Leuente, quod per Belam apud ducem Polonie quasi appendices degerent, dedignatique sunt occasione sui nominis in ducis curia permanere. Et accepta a duce licencia Bela fratre suo ibidem relicto euntes venerunt ad regem Lodomerie, qui ipsos non recepit. Cumque (27b) non haberent ubi caput suum reclinarent, abinde ad Cumanos perrexerunt.

---

[1]) persolueret. [2]) verbum. [3]) tam pomorano et pol [4]) equo. V. [5]) reuertens. [6]) per Belam add. [7]) omisit. [8]) lineam vacuam rubricator Codicis non explevit. [9]) genuit filios. [10]) vero. S.

Videntes autem ipsos Cumani optime personatos, arbitrati sunt ut eorum terram aduenissent explorare. Et nisi captiuus hungaros[1]) illos cognouisset, reuera occidissent. Et sic postmodum aliquo tempore ipsos tenuerunt. Abhinc postea in Rusciam sunt profecti. Eo tempore quidam magnates Hungarie desolacionem regni gementes, et liberationem eiusdem[2]) a tirannide Petri cupientes Endre Bele[3]) et Leuente, qui de genere sancti Stephani regis erant progeniti[4]) intemeratam fidelitatem seruabant, et eis per nuncios bona que habere poterant mittendo seruiebant. Erant autem isti magnates Visca[5]) Bua[6]) et Buhna[7]), et aly eorundem cognati qui semper cum suspirys et gemitibus expectabant oportunum tempus, quando Andream Belam et Leuente[8]) possent reducere in Hungariam, et regnum generi sancti Stephani regis, qui eos dilexerat et exaltauerat, omnibus viribus suis restituere laborabant. Petrus vero rex per potestatem regis teutonicorum elatus, non iam regnabat, sed pocius tirannidis sue crudelitate Hungariam deprimendo flagellabat. Quibusdam autem perfidis Buda scilicet et Deuecher suggerentibus[9]) audiuit Petrus, quod predicti nobiles Hungarie[10]) Visca Bua et Buhna[11]), et eorum cognati cogitabant qualiter regnum regio semini possent restituere, et Andream Belam atque Leuente[12]) contra Petrum regem in regnum reducere. Ideoque[13]) Petrus rex[14]) vehementi furore succensus, fecit eos comprehendi, et in eculio[15]) suspensos interfici. Quosdam autem effossis oculis tormentari, et totam Hungariam tam magnis afflixit angustys ut magis eligerent mori, quam ita miserabiliter viuere. Tunc nobiles Hungarie videntes mala gentis sue in Chanaad in unum conuenerunt, consilioque

[1]) hungarus. B. VP. S. [2]) Hungarie. [3]) Bela. B. [4]) S. reg. steph. B. progeniti erant. VP. S. [5]) Voisca. S. [6]) Buda. V. [7]) Cod. Buha. [8]) leuentam. [9]) suppetentibus. S. [10]) scilicet. add. [11]) Buha. Cod. Buchna. S. [12]) leuentam. [13]) om. interim. V. [14]) vero. [15]) eculeoque.

habito tocius Hungarie, nuncios miserunt solemnes in Rusciam ad Andream et Leuente[1]) dicentes eis, quod tota Hungaria eos fideliter expectaret, et uniuersum regnum eis sicut regali semini libenter obsequeretur, tantummodo ipsi in Hungariam (28a) descenderent et eos a furore teutonicorum defenderent. Hoc eciam[2]) iuramento firmauerunt[3]), quod statim ut ipsi in Hungariam introirent, omnes hungari unanimiter ad eos confluerent, et eorum dominio se subderent. Endre vero et Leuente timentes palliatas insidias clanculo miserunt nuncios in Hungariam. Cum autem venissent ad Nouum castrum quod Aba rex[4]) construxerat, ecce uniuersa multitudo hungarorum cateruatim confluxit ad ipsos, et instinctu diabolico inflammati peruicaciter petiuerunt ab Endre et Leuente, quod permitterent uniuersum populum ritu paganorum viuere, episcopos et clericos occidere, ecclesias destruere, christianam fidem abicere, et ydola colere. Permiseruntque eos secundum desideria cordis eorum, ut irent et perirent in adinuencionibus antiquorum patrum suorum. Aliter enim non pugnabant contra Petrum regem pro Endre et Leuente.

81. Primus inter renatos nomine Vatha de castro Belus dedicauit se demonys, radens caput suum, et cincinnos demittens sibi per tres partes ritu paganorum. Cuius filius nomine Janus multo postmodum tempore ritum patris sequendo congregauit ad se multos magos et phitonissas et aruspices, per quorum incantaciones valde graciosus erat apud dominos. De multis autem deabus suis una nomine Rasdi capta fuit a christianissimo rege Bela, et tamdiu in carcere fuit reclusa, donec comederet[5]) pedes proprios, ibidemque moreretur. Est autem scriptum in antiquis libris de gestis hungarorum, quod omnino prohibitum erat christianis uxorem ducere de consanguineis Vata et Janus, quod sicut Dathan et Abiron in veteri lege sedi-

---

[1]) Leuentam. [2]) eis add. [3]) confirmauerunt. S. [4]) rex Aba. [5]) recomederet.

cionem mouerunt contra dominum, sic et isti tempore gracie hungarorum populum a fide christiana auerterunt. Tunc igitur[1]) detestabili et execrabili ammonicione illius Vate omnes populi libauerunt se demonibus[2]) et ceperunt comedere equinas pulpas et crudas carnes,[3]) et omnino pessimas facere culpas. Tam quippe clericos quam laicos catholice fidei seruatores interfecerunt, et quamplures ecclesias dei destruxerunt. (28a) Deinde contra Petrum regem rebellantes uniuersos teutonicos et latinos qui in officys diuersis prefecti per Hungariam sparsi fuerant, turpi neci tradiderunt. Mittentesque in Petri castra in equis velocissimis nocte tres precones, qui deberent proclamare edictum dei Andre[4]) et Leuente ut ipsi[5]) episcopi cum clero sint necati, decimator trucidetur, tradicio resumatur paganisma, penitus abolenda sint[6]) collecta, cum suis teutonicis et latinis Petri pereat memoria in eternum et ultra. Mane igitur facto sciscitatus est rex rei factum, et certissime experiens, quod isti fratres redissent, eorumque intuitu sui prefecti per hungaros fuissent trucidati, non se ostendit perterritum de rumoribus; sed letum se demonstrans, et suo castro de loco remutato transiuit Danubium in Situatu, Albam cupiens introire. Hungari autem prescientes eius velle, preuenerunt occupantes campanilia et turres ciuitatis, et seratis ianuis illum excluserunt[7]). Inter hec autem Endre et Leuente[8]) cum eadem multitudine procedentes[9]) per medium Hungarie, appropinquauerunt ad portum, qui vulgo dicitur Pesth.

82. Quo audito Gerardus Bestridus[10]) Buldi[11]) et Beneta episcopi et Zonuk comes de ciuitate Alba egressi sunt obuiam Endre et Leuente ducibus, ut eos honorifice susciperent. Cumque festinanter predicti episcopi ad locum

---

[1]) itaque. [2]) demoniis. VP. [3]) et crud. carn. om. ceteri. [4]) Andree. B. Endree. VP. [5]) om. [6]) sit. S. [7]) C. XLVIII. De martirizatione beati Gerardi. A. [8]) Endree et Luente. A. [9]) precedentes. S. [10]) bestricus. S. bostricus. VP. [11]) Budli. B. S.

venissent qui dicitur Gyogh[1]), ibi in ecclesia sancte Sabine, priusquam ad dominos irent, missam audire voluerunt. Beatus itaque Gerardus episcopus sacerdotalibus vestibus ad celebrandam missam indutus, exhortacionis gracia locutus est eis dicens: Fratres et coepiscopi mei et omnes aly fideles qui adestis, scitote nos hodie ad dominum nostrum Jesum Christum cum corona martiry in eterna gaudia peruenturos. Ego enim notum facio vobis archanum dei, quod michi in hac nocte reuelatum est. Vidi enim dominum nostrum Jesum Christum in pluteo sanctissime matris sue semper virginis Marie sedentem nobisque ad se vocatis, de manu sua corporis et sanguinis sui eucharistiam[2]) communicantem. Beneta vero episcopus cum ad eum accessisset, retraxit ei Christus eucharistiam, unde ipse hodie martiry nostri consorcio priuabitur. (29a) Post hoc autem beatus Gerardus admonuit eos ut confiterentur alterutrum peccata sua, et audita missa oracioni incumbentes, et de certa spe eterne beatitudinis per martirium adipiscende letificati omnes communicauerunt. Deinde perrexerunt pariter versus portum Danuby in Pesth. Beatus autem Gerardus episcopus cum esset breuis statura[3]) omnesque vires suas in seruicio dei funditus consumpsisset currus subuectione utebatur. Cumque ad predictum portum venissent, ecce viri impy Vata scilicet[4]) et complices sui demonibus pleni quibus seipsos dedicauerunt, irruerunt in episcopos et in omnes socios eorum, et lapidibus eos obruebant.[5]) Beatus vero Gerardus episcopus eos qui se lapidabant, indesinenter signo crucis[6]) insigniebat. At illi hoc viso magis seuientes impetum fecerunt in eum, et euerterunt currum eius in ripam Danuby, ibique abstracto eo de curru eius in biga positum de monte Keleenfeld[7]) submiserunt. (29b) Et dum adhuc

---

[1]) Gyogy. B. Gyod. VP. Gyog. V. [2]) heucaristiam. S. [3]) stature. S. [4]) scilicet Vatha. VP. Vata simul. B. [5]) obruerunt. B. [6]) crucis signo. [7]) Kerenfeld. S. V.

De morte Petri regis.

83. Petrus autem rex videns hungaros unanimit adhesisse ducibus Endre et Leuente, ipse cum suis tei tonicis fugam inyt versus Musun[1]), ut abinde in Austria pertransiret. Sed (30a) euadere non potuit. Interim eni hungari portas et exitus regni primo occupauerunt. Se et legatus ducis Endre reuocauit Petrum regem sub pr textu pacis et honoris sibi congrui. Qui credens ei reue tebatur ut dicitur, sed maxime coacte, quia exercitu sibi iam absconditum cognouerat, et volebat reuerti fe tinanter in Albam. Qui cum diuertisset in villam Zam predictus legatus voluit eum capere et vinctum[2]) ad End ducem perducere. Petrus autem prenoscens hoc colleg se in quamdam curiam, et per triduum viriliter dimicand semetipsum defendebat. Tandem milites eius omnes sagittarys sunt interempti; ipse vero viuus captus est et ol cecatus, Albamque ductus, et pre nimio dolore vitam i breui finiuit, sepultusque est Quinqueecclesys in basili quam ipse fundauerat[3]) anno tercio regni sui.

(De coronacione vita et morte regis Andree. B.[4])

84. Porro dux Andreas a perturbacionibus hostiu securus effectus, in regia ciuitate Alba regalem corona est adeptus a tribus tantum episcopis, qui in illa magn strage christianorum euaserant. Coronatus est anno d mini millesimo quadragesima septimo. (30b) Precepit it que uniuerse genti sue sub pena capitalis sentencie, deposito ritu paganismo[5]) prius eis concesso, ad vera fidem reuerterentur, et in omnibus secundum legem illa viuerent, quam sanctus rex Stephanus eos docuera Leuenta vero in eisdem diebus mortuus est, qui si diuci

[1]) Musum. S. [2]) victum. S. [3]) in honore. B. Petri apost anno regni sui secunda vice tercio. add. VP. [4]) De coronacione Andr regis S. [5]) paganissimo. S.

vixisset, et regni potestatem obtinuisset, sine dubio totam Hungariam paganisma ydolatria corrupisset. Et quia ipse Leuenta catholice non vixit ideo circa villam Toxun ultra Danubium est sepultus, ubi iacere dicitur Toxun auus eius more paganismo.

85. Tradunt quidam istos tres fratres filios fuisse Vazul ducis ex quadam puella de genere Tatun, non de vero thoro ortos esse, et ob hanc coniunctionem illos de Tatun nobilitatem accepisse. Falsum pro certo est et pessime enarratum, absque namque hoc[1]) sunt nobiles, quia isti fily sunt calui Ladizlai, qui uxorem de Rutenia dicitur accepisse, ex qua tres isti fratres generantur. Iste quidem rex Albus Andreas et catholicus est vocatus. Tribus idem[2]) annis Polonos, Bohemos, et Australes, suis armis hungaris[3]) fecit censuales. Rex autem hic Andreas fratre orbatus, misit in Poloniam ad alterum fratrem suum Belam, cum magna dilectione vocans eum et dicens: Nos qui (31a) quondam penurie participes fuimus et laborum, rogo te dilectissime frater ut ad me non tardes venire, quatinus[4]) consortes simus gaudiorum, et bonis regni corporali presencia gaudentes communicemus. Neque enim habeo heredem[5]) neque germanum preter te; tu sis michi heres, tu in regnum succedas. Hys itaque verbis Bela adlinitus cum omni familia sua venit ad regem. Quem rex videns gauisus est gaudio magno valde, quia fulcitus est[6]) fraterno robore. Post hec autem rex et frater eius Bela habito consilio diuiserunt regnum in tres partes, quarum due in proprietate regie potestatis manserunt, tercia vero pars in proprietatem ducis est collata. Hec igitur prima regni huius diuisio seminarium fuit discordie et guerrarum inter duces et reges Hungarie. Eo tempore rex Andreas iuxta lacum Balatun[7]) construxit monasterium[8])

---

[1]) hoc namque. [2]) enim. [3]) hung. suis armis. [4]) quatenus. [5]) heredem habeo. [6]) qui fulc. fraterno est. B. quia frat. fulc. est. VP. [7]) Balatum. S. Valaton. V. [8]) ecclesiam Sancti Aniani. S.

in honore sancti Aniani, in loco qui dicitur Tyhon. Duxit autem sibi in uxorem filiam ducis Ruthenorum, de qua genuit Salomonem et Dauid. De Concubina autem quam habuit de villa Morouth[1]), genuit Georgium. Porro dux Bela in Polonia genuit liberos Geysam et Ladizlaum, in Hungaria vero genuit Lampertum et filias. Viuebantque rex et dux in magna pacis tranquillitate.

(De rege theutonicorum. S.[2])

86. Eo tempore teutonicorum rex cum magno exercitu obsedit castrum Poson[3]) volens iniuriam Petri vindicare et Hungariam suo dominio subiugare. Extruxit autem multas machinas bellicas ad expugnandum[4]), et per octo ebdomadas obsidendo nichil proficiens[5]) effeminatus eneruatusque viribus redyt ad propria[6]) etc. Sequenti vero anno Cesar cum magna multitudine[7]) ob easdem causas venit in Hungariam iuxta fontes riuorum Zala et Zelice; sed et naues victualibus oneratas per Danubium misit in Hungariam, prefecitque ei episcopum Guebarth[8]) fratrem suum. Hys autem auditis Andreas rex et dux Bela omnes aceruos segetum, et tirsos herbarum igne combusserunt, ha(31b)bitatores quoque cum uniuersis animalibus eorum de partibus illis per quas Cesar erat transiturus procul abduxerunt. Cumque Cesar intrasset ad Hungariam et venisset ad[9]) regiones combustas, neque militibus suis inuenire potuit victualia nec equis; et nesciebat ubi naues eius essent, nullumque subsidium ex eis poterat habere. Transiens autem siluas appropinquauit montibus Bodouch[10]), omnium victualium penuria[11]) laborans. Interea vero

---

[1]) Moroth. VP. [2]) De tertio adventu imperatoris A. [3]) posson. S. [4]) pugnandum castrum. [5]) profecit. Venerat enim etc. de Zothmundo solus habet VP. [6]) effeminati eneruatique — — reuersi sunt ad propria. Multi enim milites — — acriter VP. solus. Ceteri omnes ut noster. Vide Font. II. p. 160. [7]) bellatorum. add. [8]) Guebharth. V. [9]) in. [10]) Boduch. V. Bodohot. S. [11]) genere B.

suo fame oppresso subsidia vite largiretur, ipse nunquam Andree regi et successoribus eius inimicaretur, et nunquam a modo regem Hungarorum dictis vel factis aut consilio ledere attemptaret. Sed eciam siquis de successoribus suis ad debellandam Hungariam arma moueret, indignacionem omnipotentis dei incurreret, et perpetuo eius anathemati subiaceret. Filiam quoque suam Sophiam Salomoni filio regis Andree daret in uxorem,[1]) propter perpetue pacis federa firmius roboranda. Hec autem omnia fideliter[2]) seruaturum iurisiurandi religione interposita confirmabat. Rex itaque Andreas et dux Bela, magis amatores pacis quam discordie seminatores esse volentes, pacem cum Cesare composuerunt. Cesar autem in propria persona sua iureiurando confirmauit, omnia que dixerat fideliter se[3]) facturum. Tunc rex Andreas solita regum Hungarie largitate utendo, misit Cesari quinquaginta corpora immensorum husonum,[4]) duo milia lardorum,[5]) et de panibus plus quam secum ferre poterat.[6]) Oues quoque et boues seu pecudes pascuales[7]) et vini copiam supereffluentem.[8]) Teutonici ergo[9]) a faucibus mortis miseracione hungarorum liberati relictis tentorys et clipeis et uniuersis supellectilibus suis abiectis adeo concitato cursu in Teutoniam redire properarunt,[10]) quod nec retrospicerent. Ex hoc autem euentu locus ille unde teutonici tam turpiter dedecorati abiectis clipeis fugerunt usque modo[11]) Vertesheghe[12]) nuncupatur.

---

[1]) quam — sacramento. solus VP. [2]) se adseruaturum. S. [3]) se om. VP. [4]) usonum. VP. usionum. S. [5]) mille tauros ingentes. add. VP. [6]) poterant. [7]) pasquales. S. [8]) Plurimi — mortui sunt. inserit hic VP. [9]) Residui vero VP. vide. Font. II. 162. [10]) procurarunt. S. [11]) hodie. VP. [12]) uirtus hege S.

familia recessit in Poloniam ad socerum suum. Quo audito rex Andreas timens illius machinamenta filium suum Salomonem transmisit ad imperatorem teutonicorum socerum suum. Secuti sunt autem eum plurimi primates Hungarie. Interea dux Bela omnem iniuriam quam ei frater suus rex Andreas intulerat notificauit socero suo duci Polonie. Dux autem Polonie auxiliatus est ei fideliter et efficaciter. Dux itaque Bela tribus agminibus soceri sui munitus reuersus est in Hungariam. Rex autem Andreas prenoscens eum cum exercitu intrasse in Hungariam, ab imperatore teutonicorum duos duces, videlicet Vilhelmum [1]) et Poth in auxilium suum fecit adduci. Ducem quoque bohemorum, qui consanguinitate eidem attinebat mercede conduxit, et confidebat in multitudine conductorum. Hungaros autem non multos habebat (33a) quamplurimi enim Salomonem filium suum secuti fuerant, et ex hys qui remanserant plurimi ad ducem Belam confluxerant. Nunciatum est autem Bele [2]) quod rex Andreas maximam haberet multitudinem conductorum, elegitque magis mori in bello, quam sine pugna ab exercitu regis declinare. Tunc intrepidus concitatum duxit exercitum super Andream regem versus Tysciam. Vilhelmus vero et Poth duces furore teutonico [3]) concitati, cum agminibus suis festinanter Tysciam transierunt, et commisso prelio, ab utraque parte fortiter est pugnatum, sed adiuuante domino [4]) dux Bela victoriam obtinuit, fere omnibus teutonicis ibidem interfectis, et ducibus eorum comprehensis. Porro Hungari qui erant apud Andream regem [5]) videntes victoriam fecisse ducem Belam dimisso Andrea rege reuersi [6]) sunt ad ducem Belam. Rex autem Andreas fugit versus Teutoniam, sed euadere non potuit. Captus est enim ad portas Musun [7]), et negligenter detentus in silua Bokon ad villam [8]) suam que dicitur Sciriocb [9])

---

[1]) Willelmum. [2]) duci. add. [3]) duc. teutonicorum furore concit. VP. [4]) deo. [5]) reg. Andr. [6]) versi sunt. [7]) Musum S. [8]) Crucem. [9]) Scire. VP. Sciryc. S.

mortuus est. Sepultus est autem in monasterio sancti Aniani[1]) confessoris quod idem rex construxit in Tyhon iuxta lacum Balatun[2]). Sed et dux Bohemorum captus est et cecatus[3]). Vilhelmus vero et Poth duces adducti sunt ad Belam ducem, qui eos libere[4]) abire permisit.

(De coronatione Bele. S.[5])

89. (33b) Igitur dux Bela[6]) vocatus Benyn victor cum triumpho venit in ciuitatem Albam, ibique regali diademate[7]) inungentibus eum episcopis feliciter est coronatus. Tenuit autem regnum pacifice sine molestacione hostium, et quesiuit bona genti sue. Inter cetera siquidem pericie sue argumenta ostendens[8]) fecit fabricari numos magne monete ex purissimo argento, et precium rerum venalium secundum certam quantitatem iusto moderamine discrete racionis constituit. Non enim permittebat mercatores et numularios per detestabilem auaricie voraginem a simplicibus et rusticis superfluum lucrum congregare. Hec est enim causa, que maxime solet populos paupertatis et inopie periculis obuoluere. Sed statutum precium, unusquisque vendebat et emebat sine iniuria et circumuencione. Iste etenim[9]) omnia fora in die sabbati constituit pro vendendo et emendo, bizanciosque currere iussit per districtum regni sui, argenteos eciam denarios, ut supra scriptum est cudere fecit, quorum quadraginta bizancius census erat; unde et nunc denary[10]) quadraginta aurum appellantur, non quod sint aurei, sed quod tot denary bizancium valere illo tempore videbantur. Omnibus enim diebus vite sue in tota Hungaria non est mutata

---

[1]) Adriani. V. [2]) Balatum. S. Balaton VP. [3]) et sine scitu ducis B. interserit. VP. exoculatus VP. et V. [4]) liberos. [5]) De coronatione primi beele regis filii Calui Ladislai filii Toxun. A. [6]) Dux ig. Bela VP. [7]) diad reg. S. [8]) om. [9]) enim. B. [10]) numero. add.

moneta. Multa eciam alia fecit sempiterna digna memoria.[1]) Quapropter Hungaria quamplurimum locupletata super omnes circum adiacentes regiones caput extulit, vincens eas diuicys[2]) Et[3]) tunc in ea pauperes locupletabantur, et diuites gloriabantur.

90. Misit eciam rex clementissimus per totam Hungariam precones, ut de singulis villis vocarentur duo seniores facundiam habentes ad regis consilium. Quo audito non tantum hy qui vocati fuerant, sed eciam omnes rustici serui, cum uniuersa plebe Hungarie venerunt ad regem in Albam. Rex autem et episcopi cunctique proceres videntes immensam multitudinem timuerunt ne forte irruerent in eos, (34a) et intrantes ciuitatem obseruauerunt eam. Plebs autem constituit sibi prepositos, quibus preparauerunt orcistrum de lignis unde possent ab hominibus[4]) videri et audiri. Prepositi vero miserunt ad regem et ad proceres nuncios dicentes: Concede nobis ritum patrum nostrorum, more paganismo viuere, episcopos lapidare presbiteros exenterare, clericos strangulare, decimatores suspendere, ecclesias destruere, et[5]) campanas confringere. Hys auditis contristatus est rex, et petiuit inducias trium dierum ad deliberandum super negocio. Interim vero prepositi in eminenti[6]) residentes predicabant nephanda carmina contra fidem. Plebs autem tota congratulanter affirmabat: fiat fiat. Cum autem tercia die responsum expectarent, milites armati ex precepto regis irruerunt super eos, et aliquot ex eis obtruncauerunt, prepositosque[7]) ab altis precipitando contriuerunt; reliquos autem ligatos diris verberibus flagellauerunt. Et sic occidendo ligando flagellando sedicionem eorum milites vix edomuerunt. Postquam enim sanctus rex Stephanus conuertit Hungariam ad Christum, bis ad paganismum versa est; semel tem-

---

[1]) Omnium enim — exacciones. solus VP. vid. II. 166. [2]) et gloria. add. [3]) om. [4]) ab hom. poss. [5]) om. [6]) suggestu. [7]) eorum.

pore regis Andree; secundo vero, tempore regis Bele sicut nunc scriptum est.

91. Piissimus autem rex Bela completo regni sui anno tercio, in Demes regali allodio corruente solio confractus corpore irremediabiliter cepit egrotare, duxeruntque eum seminecem ad riuulum Kytusna[1]), propter quasdam regni necessitates, et ibi migrauit a seculo. (34b) Sepultus est autem in monasterio sancti Saluatoris quod ipse construxerat in loco qui dicitur Zugzard[2]).

(De coronatione et vita Salomonis. B.[3]))

92. Rex autem Salomon audita morte Bele regis accessit ad socerum suum imperatorem teutonicorum, rogauitque eum, ut regnum Hungarie sibi restitueret. Cuius precibus imperator gratanter acquieuit, et cum illo nobili romane artis arcis[4]) exercitu, et illustri cetu imperialis glorie Salomonem in Hungariam reduxit. Interim Geysa filius regis Bele sicut erat prudens et circumspectus, cum duobus fratribus suis adolescentibus, assumpsit se seorsum in partes Polonie, non enim poterat impetum Salomonis tunc sustinere. Rex itaque Salomon sine difficultate intrauit in Hungariam rege orbatam et securus venit in ciuitatem regiam Albam, ibique ab omni clero et populo tocius Hungarie honorificentissime susceptus est. Concionatus est autem imperator ad uniuersum cetum hungarorum pro genero suo rege Salomone, pacemque inter eos reformatam iurisiurandi[5]) religione interposita confirmauit, regem autem Salomonem in paterno solio gloriose coronatum cum assensu et clamacione tocius Hungarie sedere fecit. Ipse imperator diuite gaza Hungarie (35a) a rege

---

[1]) Kyrusna. B. Kynisua. VP. binisua. S. [2]) Zukzard. S. Zeuukzard. V. „Hic enim Bela — — appellauit.“ solus V. P. [3]) De aduentu imperatoris. S. [4]) artis. VP. S. arcis. B. Noster utrumque. [5]) iusiurandi. S. iusiurandum. VP.

Salomone largissime remuneratus prospere redyt ad propria. Statim autem ut imperator discessit, Geyza illinc quo se caute contulerat in Hungariam accessit. Rex autem Salomon tamquam nouus, et necdum in regno roboratus timens ne forte Geysa cum exercitu polonico super eum irrueret, paulisper retrocessit cum suis, et in castro Musun munitissimo tota[1]) stacione resedit. etc.

93. Porro enim[2]) episcopi[3]) et aly viri cum episcopis[4]) religiosi[5]) satagebant inter eos pacem componere, maxime autem Desiderius episcopus delinitiuis ammonicionibus et dulcibus allocucionibus suis mitigauit animum Geyse ducis, ut Salomoni quamuis iuniori regnum cum pace redderet, et ipse ducatum, quem pater eius prius habuerat pacifice teneret[6]). Cuius salubribus persuasionibus Geysa deposito rancore paruit. In festo autem Fabyani et Sebastiani rex Salomon et dux Geysa[7]) coram hungaris[8]) in Ghewr[9]) pacem iuramento firmauerunt. Deinde festum dominicae resurrectionis ambo simul cum plena curia Quinqueecclesys celebrauerunt, ubi rex Salomon ipso die Pasce assistentibus regni proceribus per manus Geyse ducis honorifice est coronatus et in regiam beati Petri principis apostolorum basilicam[10]) audiendam missam gloriose deductus. Uniuersa autem[11]) multitudo hungarorum, videns pacem regis et ducis et mutuam inter eos dilectionem laudauit[12]) deum pacis auctorem et facta est leticia magna in populo[13]). In eodem anno ducibus ibidem existentibus ecclesia horribiliter est combusta[14]).

---

[1]) tuta. [2]) om. [3]) om. B. [4]) om. [5]) instanter. add. [6]) „et ducatum — teneret." om. A. [7]) Geysa dux. [8]) hungaria. [9]) Geur. [10]) ad. add. VP. [11]) ergo. [12]) laudauerunt. [13]) „Nocte autem — — conueniunt" præter VP. omittunt omnes. [14]) „In eodem etc. om. VP.

(De eo quod Salomon et Dauid frater eius liberos non haberunt. B.)

94. Rex autem Salomon et frater eius Dauid[1]) liberos nunquam habuerunt, et in ipsis semen regis Andree defecit. Quod ideo esse diuinitus credimus factum[2]), quia quando Andreas primo in Hungariam reuersus est cum Leuente fratre suo, propter hoc quod ipse regnum posset optinere, permisit Vatam prophanum et alios pessimos[3]) multorum (35b) sanctorum sanguinem fundere[4]). Dux autem Geysa genuit Colomannum et Almum ac filias. Viguit autem tranquilla pax inter regem et ducem circiter annos tredecim.

95. Interim bohemi superbia inflati irruperunt versus urbem Trenchen, et magnam predam hominum et ceterorum animalium rapientes abduxerunt. Rex autem et dux pro magna iniuria hoc reputantes cum suis exercitibus Bohemiam inuaserunt, et bohemis ad conflictum venire non audentibus hungari fere totam Bohemiam igne et gladio vastauerunt. Ibi[5]) Opus Martini filius quendam bohemum ad[6]) instar gigantee magnitudinis corpus habentem, in certamine singulari viriliter prostrauit. Propter quod memoriale factum, semper postmodum apud regem et omnes optimates Hungarie gloriosus emicuit. Rex itaque et dux iniuriam suorum super bohemos grauiter vindicantes, cum maxima preda captivorum bohemorum in Hungariam gaudentes sunt reuersi.

(De aduentu Cunorum. B.)

96. Post hec autem pagani Cuni a superiori parte porte Mezes[7]) ruptis indaginibus irruperunt in Hungariam, totamque prouinciam Nyr usque ciuitatem Byhar[8]) cru-

---

[1]) Dauid fr. eius. VP. om. S. [2]) diuinit. fact esse cred. [3]) „Sanctum Gerardum et multos christianos interficere." solus. VP. [4]) effundere. A. [5]) Bator. add. VP. [6]) om. [7]) Meses. VP. mesces. S. [8]) Byhor.

deliter depredantes, infinitam multitudinem virorum ac mulierum ceterorumque animalium secum trahentes, per amnem Lapus[1]) et fluenta Zomus inopinabiliter transeuntes remeabant. Rex igitur Salomon et dux Geysa cum fratre suo Ladislao collecto exercitu festinantissime accelerarunt[2]), et per portam Mezes transeuntes, priusquam Cuni montes et siluas transcenderent, in urbe Doboka[3]) pene per totam septimanam ibi[4]) aduentum paganorum expectarunt. Quidam autem de speculatoribus nomine Fanciska[5]), qui erat de Nouo Castro certificauit regem et duces in quinta feria, quod exercitus Cunorum appropinquaret. Rex autem et duces cum exercitu equitauerunt illuc usque properantes, et in nocte illa descenderunt prope Cunos. Surgentes autem sumpmo[6]) (36a) diluculo sexta feria omnes eucharistie communione seipsos muniuerunt, et ordinatis agminibus suis ad confligendum contra paganos processerunt. Quod cum vidisset princeps milicie paganorum nomine Oslu[7]), qui fuit seruiens Gyule ducis Cunorum, sicut erat plurimum inflatus superbia, ac nimium de se presumens inquit suis: Vadant iuuenes super inermes[8]) hungaros, et cum eis ludi simile bellum committant. Nullos enim credebat esse, qui cum eis congredi auderent. Procedentes autem pagani contra hungaros viderunt terribilia eorum agmina, et perpropere[9]) renunciauerunt Oslu principi suo. Qui coadunato[10]) conducto exercitu Cunorum festinanter collegit se in supercilium montis altissimi, putans hoc sibi fieri pro maximo tutamento. Est enim ascensus grauissimus montis illius, qui ab incolis vocatur Kerieleis[11]). Congregatus est autem uniuersus exercitus hungarorum ad radicem montis eiusdem. Milites enim regis Salomonis omnes pariter gestabant vexilla sua de sindone facta[12]). Pagani autem in cacumine montis

---

1) lapsus. S. 2) accelerauerunt. 3) Dobuka. VP. dabuka S. dobotika V. 4) om. 5) Fantiska. VP. et V. 6) supremo. S. 7) Osul. VP. ochi. S. 8) inhermes. S. 9) preproperc. 10) Haec om. V. subiungitque: „qui reptando etc.“ 11) Kyrieleys. VP. 12) facta de sindone.

iam collocati fuerant, ex quibus forciores et audaciores sagittary descenderunt in medium diuexi[1]) montis ut hungaros ab ascensu montis procul abarcerent. Ceperunt itaque tempestuosis ymbribus densissimarum sagittarum in turmas legionum regis et ducis deseuire. Quidam incliti milites hungarorum irruerunt super illos sagittarios, et quamplures ex eis in latere eiusdem montis occiderunt, et valde pauci equos suos arcubus suis verberando urgentes vix ad socios suos ascendere potuerunt. Rex autem Salomon acerrime animositatis audacia fremebundus per grauissimum ascensum cum agmine suo quasi reptando[2]) ad paganos ascendit, qui super eum densissimos sagittarum ymbres effundebant. Dux autem Geysa sicut erat semper prouidus per leuiorem ascensum ascendens sagittis irruit super Cunos. Cuius frater Ladizlaus quatuor ex fortissimis paganis primo impetu interfecit, et a quinto eorum sagitta grauiter est volneratus, et eodem mox (36b) ibidem interfecto, postmodum diuina miseracione a vulnere illo cito est sanatus. Pagani vero atrocissima mortis illacione ab hungaris coartati, miserabiliter fugiebant. Quos hungari celerius persequentes acutissimos gladios suos et sitibundos in sanguinibus Cunorum inebriauerunt. Capita quippe[3]) Cumanorum nouiter rasa, tamquam cucurbitas ad maturitatem nondum bene perductas gladiorum ictibus disciderunt.

97. Vidit denique beatissimus dux Ladislaus[4]) (36b) unum Cunum[5]) qui super dorsum equi sui ducebat unam puellam hungaram speciosam. Sanctus ergo dux Ladislaus putans illam esse filiam episcopi Waradiensis[6]), et quamuis esset grauiter vulneratus, tamen illum celerrime persecutus est super equum illum quem Zug nominabat. Cum autem attingeret ut eum lancearet, minime poterat, quia nec equus eius celerius currebat, nec equus illius aliquan-

---

[1]) deuexi. [2]) reputando. S. [3]) quidem. S. [4]) Lad. dux. [5]) paganorum. [6]) uarodiensis. S.

tum remanebat, sed quasi brachium hominis erat inter lanceam et dorsum Cuni. Clamauit itaque sanctus dux Ladislaus ad puellam, et dixit: Soror speciosa accipe Cunum in cingulo, et iacta in terram[1]); quod et fecit. Cumque beatus dux Ladislaus procul illum lanceasset in terra iacentem, voluit eum interficere. Quem puella (37a) valde rogauit, ne eum interficeret[2]). Unde in hoc notatur quod in mulieribus fides non sit, quia forte amore stupri illum liberare voluit. Sanctus autem dux diu cum eo luctando, et absciso neruo illum interfecit. Sed illa filia episcopi non fuit. Rex igitur et gloriosi duces fere omnibus paganis interfectis, et omnibus christianis a captiuitate liberatis una cum felici embola tocius Hungarie, cum triumpho victorie gaudentes redierunt. Facta est autem[3]) leticia magna in tota Hungaria, et in ymnis et confessionibus benedicebant dominum[4]) qui dedit victoriam illis[5]).

(De pugna hungarorum cum grecis bulgaris et bessis. B.[6])

98. Factum est autem tercio anno post aduentum Cunorum[7]), besseni[8]) per Albam bulgaricam venientes transnatauerunt flumen Zaua in Bozias[9]) et non modicam gentem captiuorum et predarum diripientes in suam terram abduxerunrt. Rex autem et dux imposuerunt crimen tradicionis Albe bulgarice, eo quod pace defraudata voluntarie permisisset latrunculos bessorum depredari Hungariam. Collectis itaque exercitibus conuenerunt in Zalonkemen[10]), ubi consilio deliberantes decreuerunt Albam traditricem obsideri oportere et expugnari. Inde castra mouentes descenderunt circa flumen Zaua in directo Nandorfeyruar[11]).

[1]) iacta te in terra iacentem. cetera usque „Rex“ omittit S. iacta te VP. [2]) sed ut dimitteret. add. VP. [3]) igitur. [4]) deum. [5]) qui ded. eis. [6]) De aduentu bissenorum. S. [7]) cummanorum. S. [8]) bisseni. [9]) in campum Buzias. S. [10]) Zalankemen. VP. Zalunkemen S. [11]) Nandurfeyruar. B.

Exyt autem edictum a rege et duce, ut uniuersus exercitus hungarorum quanto cicius[1]) posset[2]) transiret[3]) fluuium Zaua in Bulgariam. Greci autem et Bulgari nauigantes in celonibus suis per ingenia sufflabant ignes sulfureos in naues hungarorum, et eas in ipsis aquis incendebant. Victi sunt autem igniuomi greci ab hungaris pre multitudine nauium quibus flumen operuerant. Fugientibus autem grecis ac bulgaris transierunt hungari, et terminos bulgarorum occupauerunt. Rex autem et dux secunda feria transierunt Zauam, et mane facto ordinauerunt acies suas, et plenis manipulis uniuersaliter per turmas suas insertis umbonibus obsederunt ciuitatem. Greci itaque et bulgari timentes ex obsidione periculum sibi imminere rogauerunt bessenos per clandestinos nuncios, (37b) ut sine pauore venirent in adutorium ipsorum, eo quod nec rex nec dux ciuitatem eorum obsedisset, sed tantum comes Vyd[4]) cum bachiensibus militibus eos inuasisset. Bessi autem fraudulentibus verbis eorum seducti festinanter venerunt in adiutorium ipsorum; et cupiditate prede allecti, quam de comite Vyd sperabant se habere; precipites irruerunt super agmina Soproniensium[5]), quorum rector erat comes Jan nomine. Hic autem insultus bessenorum viriliter et fortiter cum soproniensibus superauit, pluribus eorum ibidem in ore glady prostratis, residuis autem ipsorum[6]) in captiuitatem subactis. Princeps vero bessenorum nomine Kazar cum paucissimis fugiendo manus hungarororum vix euasit. Rex autem et dux eidem militi Jan munera regalia condignasque grates regia liberalitate contulerunt, eo quod ipse multa millia bessenorum tamquam lapis limpidissimus vasa fictilia contriuisset, prius quam rex et dux cum exercitu suo de gentaculis capita leuassent. Regi autem et ducibus Geysa et Ladislao super rupem que eidem ciuitati proxima est residentibus, ceperunt

---

[1]) quantecius. VP. B. [2]) om. [3]) transirent. S. [4]) Voyd. S. [5]) suproniensium. VP. supruniensium. S. [6]) eorum.

hungari presentare captos bessenos, et capita interfectorum, et equos et superlectilia[1]), que in quarta feria a mane usque ad inclinacionem meridiei plene perficere non potuerunt. Hoc autem ideo factum fuit, ut greci et bulgari qui obsidebantur, videntes bessenos in quibus sperabant, tam crudeliter ab hungaris obtruncatos timerent, et semet ipsos cum ciuitate regi et ducibus traderent.

(De expugnacione Albe bulgarice. A.)

99. Porro rex et duces ad expugnandam ciuitatem conuenienciora loca prospicientes preceperunt carpentarys, ut ibi turres ligneas octo, altitudinem murorum duplo superantes fabricarent, unde milites in medium ciuitatis lapides et sagittas super homines iacularent. Inter turres vero totidem tormenta ad destruendum muros erexerunt. Longos eciam pluteos ad defendendos introitus turrium, ceteraque instrumenta bellica composuerunt. In quibusdam itaque locis destruxerunt[2]) muros eius usque ad fundamentum, sed ciuitatem (38a) capere non poterant, quia eam intrinsecus fortissimi bellatores defendebant. Obsederunt ciuitatem duobus mensibus, infra quos sepe congressi sunt cum sarracenis de ciuitate egredientibus, et ex eis alios occiderunt, alios fugauerunt[3]). In tercio uero mense obsidionis quedam puella hungara[4]) olym illuc per captiuitatem abducta, in quarta feria ciuitatem succendit. Flabat autem subsolanus vehementissime, cunctaque edificia occupauerunt incendia. Exercitus itaque hungarorum irruit in ciuitatem ea parte qua muri eius per tormenta[5]) corruerunt, et grecos sarracenos atque bulgaros crudeliter trucidarunt. Qui autem residui remanserunt, cum Nichota[6]) duce eorum fugerunt in arcem. Hungari ergo capta ciui-

[1]) supellectilia. VP. B. [2]) distruxerunt. S. [3]) „Post hoc tres sarraceni — proiecerunt." solus VP. ceteri om. [4]) hungarica. [5]) iam add. [6]) Nicota.

tate sequenti die postquam ignis resederat, videntes scrobes grecorum, descendentes tulerunt exinde aurum multum et argentum, lapides preciosos, gemmasque prelucidas, et thezaurum fere inestimabilem[1]), nullusque fuit ex hungaris, qui ibi locupletatus non fuisset. Porro in arce inclusi rogauerunt regem et duces ut eis vitam et libertatem donarent, arcem autem et uniuersa sibi vendicarent. Manibus itaque regis et ducum (38b) in fidei pignus extensis, quod eos ulterius[2]) non lederent, omnes qui in arce erant descenderunt. At dux Nichota argenteam iconam sanctissime genitricis dei semper virginis Marie cum magna multitudine veniens in potestatem ducis Geyse contulit. Sciebat enim Geysam ducem esse deuotum deo et captiuos seu afflictos misericordie visceribus refouentem. Ad manus autem regis Salomonis pauci venerunt, quia nouerunt[3]) ipsum esse austerum, et pessimis consilys Vyd comitis in omnibus ascultantem[4]). Qui Vyd deo et hominibus detestabilis erat. Cumque vidisset rex plures ad ducem ex illis confugisse, paucos autem ad se, plurimum indignatus est[5]), et eos qui ad fidei manus venerant volebat diuidere in[6]) tres partes et duas sibi tollere, terciam vero duci. Dux autem non permisit hec[7]) fieri. Hec ergo fuit causa[8]) malorum et seminarium discordie inter eos[9]).

(De discordia regis Salomonis et ducum. A. B.)

100. Interea imperator grecorum audita liberalitate ducis Geyse, misit ad eum nuncios ad firmandam pacem et amiciciam. Dux autem remisit ei omnes captiuos et omnes qui ab[10]) arce descenderant et ad eum confugerant[11]). Ad regem autem Salomonem rex grecorum ne-

[1]) „In cuius — ducem.“ solus VP. [2]) amplius. [3]) nouerant. [4]) auscultantem. B. [5]) „Cum autem. — non potuerunt“ solus VP. [6]) ad. A. V. [7]) hoc. V. [8]) causa fuit. VP. [9]) „Sed cum thesaurum — molestatus est“ solus VP. vide F. II. 177. [10]) de S. [11]) „et ad — conf.“ om. VP.

quaquam misit. Unde rex Salomon supra Geysam ducem inuidie faucibus[1]) magis ac magis exarsit. Comes eciam Vyd pertinaciter[2]) incitabat[3]) regem, ut ducem Geysam expelleret, et ducatum eius sibi vendicaret[4]). Et hoc facile fieri dicebat, eo quod rex multo plures milites quam dux haberet, nec hoc differendum, sed magis accelerandum esse suggerebat, seducebatque regem hoc prouerbio: Quod sicut duo glady acuti in eadem vagina contineri non possent, sic nec vos in eodem regno regnare potestis. Rex ergo venenosis verbis comitis Vyd tragefactus odium et rancorem concepit. Exinde itaque querebat oportunitatem aut capiendi ducem Geysam per insidias, aut bellandi. Dissimulabat autem[5]) rex et simulata (39a) amicicia dimisit ducem abire in ducatum.

(De dolositate regis bellisque duobus ducum contra regem, et de victoria eorundem, B.[6])

101. Post hec itaque misit rex ad utrumque ducem, ut ambo simul ad regem venirent cum exercitu, ut cum expedicione super Nys castrum grecorum proficiscerentur[7]). Rex enim dolose intendebat eos perdere, ut si ambos improuisos capere posset, de cetero securus fuisset. Duces autem insidias regis percipientes, sibi caute consuluerunt. Ladislaus igitur cum medietate exercitus in partibus Nyr remansit, Geysa vero cum rege profectus est. Nec ausi sunt quid[8]) molestie eidem inferre, quia Ladislaum in manu valida fratris ultorem fore non dubitabant. Interea viri de Nys multam pecuniam in auro et argento et preciosis pallys regi et duci habundanter obtulerunt, et que pacis sunt optinuerunt[9]). Deinde reuertentes ab urbe Keue rex et dux ab inuicem sunt diuisi.

---

[1]) facibus. B. [2]) peruicaciter. [3]) instigabat. [4]) sibi de leui posset vendicare. VP. [5]) tamen. VP. B. [6]) De concordia eorundem S. [7]) et cum exerc super Nys castr. grec. prof. [8]) quicquam. [9]) „et — obtinuerunt" om. VP.

Ladislaus autem de ciuitate Byhor consilio fratris sui[1]) iuit in Rusciam querere auxilium amicorum suorum, ut contra machinamenta regis sese premunirent, iam enim omnibus innotuerat iniuria et discordia regis et ducum. Post hec collectis exercitibus, nuncysque frequenter missis, tandem rex et dux venerunt in[2]) Strigonium ibique ex conducto uterque[3]) eorum tantum cum octo hominibus inter episcopos et principes nauigauerunt in insulam ciuitati proximam ad colloquendum. Ubi diu semetipsos incusantes et excusantes tandem roborato federe pacis Geysa redyt in ducatum[4]).

102. Porro eo tempore rex celebrauit Natale domini in loco qui vocatur[5]) geminum castellum. Deinde venit[6]) Zalam ubi Marchart[7]) dux teutonicorum cum comite[8]) Vyd instigauerunt regem, ut ducem expugnaret[9]). Lactatusque et emulsus rex pessimo consilio Vyd perfidi[10]), mouit exercitum super ducem. Dux vero[11]) venabatur (39b) in ygfan[12]), auditoque aduentu regis super eum, misit Ladislaum fratrem suum in Bohemiam, qui iam reuersus erat de Ruscia, ut rogaret ducem Ottonem sororium eorum, ut ipsis in necessitate positis auxiliaretur. Geysa vero collecto exercitu obuiam egit Salomoni in Kemey[13]). Cuius principes[14]) ymo traditores miserunt clanculo nuncios ad regem, dicentes: quodsi rex eos in dignitatibus suis teneret, et in graciam suam susciperet, ipsi relicto duce in bello omnes pariter ad regem confugerent[15]). Rex autem certificauit eos super hoc prestito iuramento. Et tunc securus transiuit Tysciam[16]) super du-

---

[1]) consilio" — sui." om. VP. [2]) om. [3]) utrique. VP. [4]) „rex autem episcopum Waradiensem." solus VP. [5]) dicitur. VP. [6]) in add. [7]) Marchrat VP. [8]) et Vyd. VP. [9]) „debellaret. Suggerebat enim Vid. — — maxime regibus" solus h. VP. vide. Font. II. pp. 179—80. [10]) Lactatusque est pessimo Vyd perfidi consilio. VP. [11]) autem. A. S. [12]) ygfam. S. [13]) Haec alio ordine inter alia narrat VP. vide supra. [14]) princ. aut. ducis. VP. [15]) ipsi in bello relicto duce ad regem confluerent. VP. [16]) glaciatam. add. VP.

cem[1]), ac ducem auxilio suorum destitutum superauit[2]). Sed et de ipsis traditoribus fugam simulantibus vix pauci euaserunt, et utinam ex eis nullus euasisset, qui benefactorem dominum suum sceleratissime tradiderunt. Dux vero Geysa[3]) quamuis maxima parte sui exercitus[4]) esset destitutus, non tamen abhorruit uno tantum agmine stipatus contra triginta Salomonis agmina seuissimum prelium committere. Omnibus autem militibus suis pereuntibus declinauit a bello, transiuitque Tysciam in Chotoid[5]), cumque equitasset ultra Bachiam[6]) obuiauit fratri suo Ladislao et Ottoni duci sororio eorum, cum valido auxilio ad eum venienti. Rex autem et dux ante quadragesimam pugnauerunt in Kemey, quarta feria post dominicam qua canitur[7]): Exurge. In hoc autem bello Opus filius Martini de genere Vecellini[8]) miles gloriosus, militem ducis nomine Petrum audacissimum super equum submirteum ceterosque precedentem radiante lorica et deaurata galea perspicuum atque ad conflictum milites prouocantem singulari certamine superauit. Nam de agmine Salomonis ad predictum militem solus Opus super giluum equum in lorica cucullata euulsus in modum fulminis ictu lancee rupta lorica per medium cor transfixit. In eodem eciam[9]) bello tantam stragem crebris ictibus glady sui fecit Opus, quod pre nimia reciprocacione ictuum dextra eius obriguerat[10]). Rex autem Salomon et maxime teutonici mirabantur de potencia et audacia (40a) Opus in prelio[11]). Rex autem victoria[12]) potitus transiuit Tysciam congelatam in Chotoid[13]) et descendit in curia fily Petri, ibique audiuit Geysam obuiasse Ladislao et Ottoni ducibus cum valida multitudine pugnatorum ad se veniencium[14]). Vyd

---

[1]) „Cumque — ducem“ interponit VP. [2]) de Petrud et Bykas fusius VP. II. p. 180—1. [3]) Geyse. S. [4]) exercitus sui [5]) Cothoyd. de Georgio Nigro et Iuanca solus VP. [6]) usque Vaciam, VP. ultra Vaciam. A. B. [7]) cantatur. [8]) uecelini S. [9]) aut m. [10]) adhexerat S. codex hic lacunam habet. [11]) bello siue prelio, S. [12]) rex victoriam pot. VP. [13]) Cothoyd. S. Thoroyd. VP. [14]) venientem B.

vero detestabilis urgebat regem hys verbis: Nouiter exercitum eius conuicimus[1]), nobiliores occidimus, timorem ei immisimus, et nunc seruos congregauit, messores coadunauit, et eorum agmine se stipauit. Nichil ergo de eis debemus dubitare, quin eos in momento deuorabimus. Bohemicum vero agmen omnibus consodalibus meis acquiescentibus, ego cum bachiensibus premature mortis periculis afficiam. etc.[2])

103. Rex ergo in verbis eius confidens festinauit cum exercitu suo, et in quarta feria descendit in Rakos[3]). Sed et duces Geysa Ladizlaus et Otto ac totus exercitus hungarorum qui erant cum eis descenderunt circa Waciam. Fuit autem ibi magna silua, et nemo in ea manserat preter unum heremitam nomine Vach sancte vite, ex cuius nomine dux Geysa illi ciuitati postea ibi constructe nomen imposuit. Cum igitur exercitus predictus Salomonem contra se expectaret, duces quodam mane (40b) in equis causa consiliandi stabant in loco ubi modo est capella lapidea beati Petri apostoli, tractantes qualiter sint pugnaturi. Et dum ibi starent clara die vidit beatus Ladislaus visionem de celo et ait ad Geysam ducem fratrem suum: Vidisti aliquid? Qui respondit: Nichil. Tunc beatus Ladislaus subiunxit: Dum staremus hic in consilio ecce angelus domini[4]) descendit de celo portans coronam auream in manu sua, et impressit capiti tuo. Unde certus sum quod nobis victoria donabitur, et Salomon exul fugiet debellatus extra regnum; regnum vero et corona tibi tradetur a domino. Cui Geysa ait: Si dominus fuerit nobiscum, et custodierit nos ab inimicis nostris, et visio hec[5]) fuerit adimpleta, edificabo hic in loco isto ecclesiam in honore[6]) sacratissime Virginis Marie genitricis sue.

104. Hoc dicto castra mouerunt, et descenderunt in allodio[7]) quod dicitur Zyngota[8]), mons autem quidam

---

[1]) confecimus. [2]) de colloquio regis et Erney comitis. VP. [3]) racus rachus. [4]) dei. S. [5]) eius. S. [6]) in honorem. S. Omittit VP. [7]) lodio. S. [8]) Zimgota. VP.

nomine Mònyorod[1]) interiacebat exercitum, et lucescente quinta feria volebant preliari; sed densissima obscuritas superuenientis nebule eos impediuit. Nocte vero insequenti dextrarios suos per habenas in manibus tenebant[2]) et ortum solis prestolabantur. In diluculo autem sexte ferie rex ordinatis agminibus suis equitauit trans verticem montis Monyorod et precepit salmarys[3]), ut in latere eiusdem montis permanerent[4]), quatenus hostes videntes turmas illorum non sarcinas, sed in presidio constitutos esse putarent[5]). Sed et duces summo[6]) mane suas acies ordinauerunt. Dux autem Ladislaus ante exercitum suum super arduum equum residens gracia exhortandi suos et animandi, in girum flexit habenas. Cumque tetigisset vepres[7]) lancea quedam hermellina albissima mirum in modum lancee eius insedit, et super ipsam discurrendo in sinum eius usque deuenit. Cum autem commissum esset prelium Vyd comes et bachienses in primo ictu a bohemis miserabiliter sunt prostrati. Ladislaus autem dux commutauerat signa[8]) cum vexillo ducis Geyse sua, ea intencione quod Salamon audacius inuaderet illud agmen in quo signa Geyse gestabantur (41a) putans esse agmen Geyse quem nuper deuicerat[9]). Dux enim[10]) Ladislaus affectabat custodire fratrem suum Geysam ducem ab insultu Salomonis[11]), et ideo primos impetus belli in se voluit[12]) experiri. Rex itaque cum venisset ad agmen Ladislai, ipso cognito, timore eius perterritus precepit signiferis declinare labia[13]) super agmina Geyse ducis. Ladislaus autem videns regem pre timore diuertisse a se ipse primitus[14]) omnium irruit super agmina regis, cunctique milites sui impetum fecerunt super eum a tergo. Sed et ex

---

[1]) qui dicitur monorod. S. [2]) tenentes, ortum. [3]) salmonariis. S. [4]) remanerent. [5]) Sermones comitum Vid et Ernei interponit et ordinem aciei ducum. VP. [6]) Supremo. S. [7]) veprem. [8]) sua. add. [9]) putans — deuicerat. om. S. [10]) autem. [11]) Salamonis. iterato S. [12]) maluit. [13]) agmina. VP. [14]) prius. S. primus VP.

aduerso Geysa dux cum suis acriter inuasit eosdem. Milites autem Ladislai agmina Salomonis tamquam in cortinis retrospiciencia terribili tinnitu gladiorum[1]) in morte concluserunt crudeli. Sed ex aduerso[2]) milites Geyse pocula dire mortis eisdem propinarunt. Ceduntur teutonici, fugiunt latini, locumque fuge non inueniunt, et cadunt ante hungaros, ut boues in macello.

(De fuga et expulsione regis Salomonis. B.)

105. Rex autem Salomon fere omnibus suis interfectis aufugit, et in Zigethfeu[3]) Danubium transiens cum Opus Martini filio venit tandem in Musun[4]) ad matrem suam et uxorem. Persecutusque est eum[5]) exercitus ducum et suos, a mane usque ad vesperam. In prefato namque prelio non solum teutonici aut latini ceciderunt, sed maior pars milicie regni Hungarie dicitur corruisse. Duces autem Geysa et Ladislaus triumpho victorie diuinitus sublimati super cadauera interfectorum deo ter laudes proclamauerunt. Dux autem Ladislaus sicut erat semper eximie pyetatis, videns tot millia interfectorum, quamuis inimici ipsius fuissent[6]) tamen commota sunt omnia viscera eius super illos, et defleuit eos amare scindens sibi genas et capillos planctu magno tamquam mater in funere filiorum. Postea de spolys eorum[7]) constructa est ecclesia de Monyorod[8]). Marchart vero dux teutonicorum et Suetepolug[9]) dux sclauorum[10]) capti sunt militibus suis interfectis, et ipsis grauiter vulneratis[11]). Dux autem[12]) Otto qui animam suam pro amicis posuerat (41b) copiosissime remuneratus a ducibus, repatriauit[13]). Iam

---

1) sauciata. add. 2) transuerso 3) Scigetfeu 4) musum. S. 5) et suos. add. 6) qui occisi erant. add. 7) illorum. 8) monarod. S. „postea monyorod." om. A. 9) Zentepolug. 10) bohemorum. 11) „cumque lad. — — terra saciet." solus VP. 12) bohemorum. add. VP. 13) Salomonis cum matre colloquium interponit VP. Font. II., p. 186.

enim coguouerat rex Salomon quod non auxiliaretur ei dominus in bello, et in eadem nocte collegit se festinanter in Musun et Poson, que castra iam pridem muniuerat. Matrem quoque et uxorem suam quando in prelium iuit illic reliquerat, ob quam causam victus in prelio ob timorem ducum, ibi se recepit[1]).

(De coronacione Geyse[2]) regis. A. S. VP.[3])

106. Porro duces Geysa et Ladislaus cum exercitu Albam venerant, deinde castrum porte Bobuch[4]) et Albam ac alia castra fortissimorum militum presidio munientes, dimissoque exercitu habitabant in Hungaria. Tunc Geysa dux Magnus compellentibus hungaris coronam regni suscepit. Post coronacionem autem veniens in locum ubi facta visio fuerat, et ceperunt cum fratre suo Ladislao proponere de loco fundamenti ecclesie ad honorem Virginis Marie[5]) fabricande[6]). Et dum ibi starent iuxta Vaciam, ubi nunc est ecclesia Beati Petri apostoli, apparuit eis ceruus habens cornua plena candelis ardentibus, cepitque fugere coram eis versus siluam, et in loco ub nunc est monasterium fixit pedes suos. (42a) Quem dui milites sagittarent, proiecit se in Danubium, et eum ult non viderunt. Quo viso beatus Ladislaus ait: Vere n ceruus sed angelus Dei erat. Et dixit Geysa rex: Dic n chi dilecte frater, quid fieri volunt omnes candele ard tes vise in cornibus cerui? Respondit beatus Ladisla Non sunt cornua sed ale, non sunt candele ardentes penne fulgentes. Pedes vero fixit, quia ibi locum dem strauit ut ecclesiam beate Virgini non alias nisi hic ficari faceremus. Ut autem locus prime visionis nor sine edificio a Geysa rege et a fratribus suis[7]) decr

[1]) ob quam — recepit. om. V. [2]) geyce. S. [3]) Deuict gatoque Salomone Geysa dux in ciuitate Alba corona regia c tur. B. [4]) bobuth. [5]) matris. [6]) fabricando. S. [7]) suis fratr. V

est, ut ibi capella in honore beati Petri principis apostolorum fundaretur. Rex igitur Geysa fundauit ecclesiam Vaciensem et dotauit illam[1]) predys multis et possessionibus. Non solum ecclesiam illam, verum eciam Budensem, cui constituit tributum in Pesth et tres villas in[2]) Symigio ac ornamenta preciosa.

107. Eo tempore Besseni unanimiter rogauerunt regem Geysam, ut si eos libertati donaret, ipsi insultus regis Salomonis omnino cohercerent ita, quod nec auderet exire de Musun et Poson ad depredandam Hungariam. Rex autem Geysa se peticioni eorum condescensurum promisit, si ipsi hoc quod promiserant adimplerent. Besseni itaque cum (42b) principe eorum Zolta[3]) nomine equitauerunt super regem Salomonem[4]). Cum autem venissent ad conflictum, Besseni fugerunt a facie Salomonis, sicut cera a facie ignis, et multis ex eis interfectis, et in stagnum Ferteu[5]) submersis, pauci cum Zolta fugiendo euaserunt[6]).

108. Postea[7]) autem rex Salomon metuens Geysam regem et ipsius fratrem[8]), cum rebus et familia Stiriam[9]) introiuit, et in claustro Agmund[10]) matre et uxore relictis[11]), in Musun est reuersus, volens collecto exercitu inuadere ambos fratres[12]). Cumque de die in diem Salomon deficeret, sed illorum processus reciperet felicia incrementa, confusus[13]) ad Cesarem direxit gressus suos, requirens eum[14]) ut ei auxilium tribueret in Hungariam reuertendi. Et licet pecuniam dedisset affluenter pro militibus solidandis, teutonici tamen et latini cum ipso ob metum non venerunt hungarorum[15]). Imperator ergo verbis Salomonis permotus[16]), cum magno exercitu in-

[1]) eam. [2]) de. S. A. [3]) Zultan. VP. [4]) Colloquium Salomonis cum marchione, omittunt omnes praeter VP. [5]) ferteus. S. [6]) „Victis itaque — reuersus est ad propria" habet VP. [7]) preterea. S. [8]) fratres. VP. [9]) istiriam. S. [10]) Augmund. A. [11]) derelictis. [12]) inuad. fratres suos. VP. [13]) confessus. S. [14]) requ. eum. om. [15]) Oratio Salomonis ad imperatorem. in VP. p. 189. [16]) Hys igitur verbis imperator motus. VP.

trauit in Hungariam. Alimentum vero ad usum sui exercitus sui habunde nauigio ferebatur in Danubio, et alia necessaria copiose[1]). Cum[2]) venisset imperator ad flumen Vag[3]) Salomon acceptis tribus agminibus equitauit de Semte[4]) super Nitriam. Exeuntes autem iuuenes confligebant secum, nunc hys nunc illis fugientibus et diu sine vulnere certantibus. Opus miles electus ex milibus, sedens super dextrarium suum irruit in[5]) portam ciuitatis et unum de pugnantibus fulminauit. Nitrienses vero de morte socy sui turbati acriter ingemebant, in Opus iaculantes lanceas dextrarium eius interfecerunt. Ipse autem fortiter eis resistens illesus euasit. Inde ergo reuertentes teutonici narrabant imperatori audaciam[6]) Opus et incredibilem eius potenciam in prelio. Imperator autem accersito eo magnis[7]) laudibus commendauit, et verbis dulcibus gratificauit. Quesiuit itaque a Salomone si apud Geysam et Ladislaum essent multi tam boni milites. Salomon autem intendens laudare hungaros immediate respondit: Multi sunt, inquiens, eciam multo meliores. Cui imperator: Si ita est, talibus militibus (43a) repugnantibus non recuperabis regnum. Rex autem Geysa audiens imperatorem peruenisse Waciam prudenti usus consilio iussit attemptare et demulcere patriarcham acquilegiensem, cuius consilys[8]) imperator plurimum[9]) ascultabat[10]), simul eciam omnes duces teutonicorum; promittens eis multam pecuniam si imperatorem reuerti facerent. Patriarcha igitur et duces muneribus allecti[11]) et auro capti satagebant varys figmentis inducere imperatorem ut reuerteretur. Patriarcha enim fixit[12]) se vidisse sompnium, cuius coniectura manifestissime totum exercitum imperatoris diuina ulcione periturum, nisi quamcicius reuerteretur, sed et

[1]) et — copisse om. [2]) cumque. [3]) Wagh. A. [4]) Sempte. VP. Sympte S. Symte. A. [5]) super. [6]) audac. imperatori. A. [7]) eum. add. [8]) multum. add. S. [9]) om. S. [10]) auscultabat. B. [11]) illecti. [12]) finxit.

duces similiter fixerunt[1]) se diuinitus ammonitos[2]), conquerebanturque imperatori nescio quid opinari mali imminere, si non cito reuerterentur. Sequenti vero nocte duces instruxerunt quosdam astutos milites suos, ut ipsi vociferando et clipeos suos alternatim percuciendo sedicionem ortam in exercitu simularent. Quod cum fecissent milites, magnus orror irruit super imperatorem et uniuersum exercitum excogitate fraudis et simulacionis inscium. Factus est itaque tota nocte illa tumultus magnus in castris. Mane autem facto conuocauit imperator patriarcham et duces in consilium ut deliberarent quidnam esset agendum. Patriarcha ergo et duces pecunia corrupti modis omnibus consuluerunt ei ut reuerteretur[3]). Cesar autem ingenys deceptus simulans[4]) se Salomoni in posterum auxiliaturum, destructis nauibus in Teutoniam est reuersus. At rex Salomon spe frustratus gemebundus ac mestus collegit se in Poson. Confirmatumque est regnum in manu Geyse regis, et[5]) eo tempore inceptum est nomen eius vocari[6]) rex Magnus[7]).

109. Dux autem Ladislaus obsedit Poson multis diebus. Milites vero Salomonis[8]) qui necessitudine compellente ad Ladislaum ducem veniebant regali liberalitate, et sua benignitate largissima[9]) refouebantur, et ad dominum suum libere ire permittebantur. Rex autem Magnus eo tempore Natale domini in (43b) Zukzard celebrauit, quo petente archiepiscopus Desiderius solemnem missam celebrauit, et sermone lucidissimo animum regis deliniuit, et ad bonum pacis inclinauit. Celebrataque missa omnibus[10]) rite peractis precepit rex ut omnes egrederentur preter episcopos et abbates. Tunc rex cum lacrimis prostra-

---

[1]) finxer. simil. [2]) attonitos. [3]) reuerterentur. S. [4]) simulatus. S. [5]) ex. [6]) tempore vocatus est rex M. [7]) ducatumque dedit fratri suo Ladizlao. add. VP. [8]) duellum Salomonis cum Ladislao inserit VP. [9]) benignissima largitate A. S. largissime. V. ducali libertate et benignissima largitate. VP. [10]) omnibusque. A. S.

tus est archiepiscopo et alys ecclesiasticis personis seu prelatis; dicebat se peccasse quia regnum legitime coronati regis occupauerat, promisitque regnum redditurum Salomoni cum pace firma hoc modo: Quod ipse coronam iure teneret, cum tercia tamen parte regni, que ducatui appropriata erat. Salomon quoque duas partes regni coronatus teneret, quas prius detinebat. Episcopi ergo letas deo gracias egerunt, quia regem spiritus sancti gracia et visitacione conpunctum et illustratum esse videbant. Tunc rex Magnus missis nuncys ad regem Salomonem explicauit ei per literas modum pacis pretaxatum. Intercurrentibus[1]) itaque nuncys et super hac re diuersis diuersa sencientibus consumpcio reconciliacionis effectum sortiri non potuit. Interea rex Magnus in grauem egritudinem incidit, et septimo kalendas May[2]) viam carnis uniuerse, vir[3]) virtutibus adornatus, est ingressus. Erat enim fide catholicus, deo deuotissimus, et princeps christianissimus. Regnauit autem tribus annis, et Wacie tumulatus[4]) in ecclesia beate Virginis, quam ipse construxit et dotauit[5]).

(De coronacione sancti regis Ladizlai fratris Geyse, filiique Bele primi, et de vita et morte eius. B.[6])

110. (44a) Audita vero morte regis Magni conuenit uniuersa multitudo hungarorum[7]) nobilium ad fratrem eius Ladizlaum, et eum communi consensu parilique[8]) voto, et consona voluntate ad suscipiendum regni gubernaculum concorditer elegerunt; imo vere magis[9]) affectuosissimis et instantissimis precibus compulerunt. Omnes enim nouerant ipsum esse vestitum consummacione virtutum, fide catholicum, pietate precipuum, largitate mu-

[1]) incurrentibus. A. S. in currentib. VP. [2]) anno domini MLXXVII. A. [3]) om. VP. [4]) tumulatur. A. [5]) et dotauit. om. VP. S. V. de fame. add. VP. [6]) De coronatione S. regis Ladizlai. A. De coronatione S. regis Ladislai, qui fuit, S. [7]) nobilium Hungarie. [8]) que. om. [9]) fere mag. A. vero magis VP. magis vere S.

nificum, caritate conspicuum. Emicuit quippe quasi stella matutina in medio nebule, fugans tedia tenebrarum, et quasi luna plena in diebus suis, velut[1]) eciam sol refulgens sic effulsit in populo suo, quasi adeps separatus a carne. Et cum leonibus et ursis[2]) lusit quasi cum agnis ouium. Numquid non occidit gigantem et abstulit opprobrium ex Israel. Conuertit enim inimicos suos undique, et extirpauit aduersarios populi sui[3]). Erat enim magnus secundum nomen[4]) maximum. Nam si ethymologia[5]) nominis[6]) alludamus, Ladizlaus, quasi laus diuinitus data[7]) dicitur. Laos enim populus interpretatur; doys[8]) autem dans vel dacio siue datum. Prima enim silaba nominis eius laus est per paragogen[9]).

111. (44b) Postquam autem diuina dispensatione regni suscepit gubernacula[10]) non mondanam gloriam caducam et transitoriam, sed celestem patriam et diuinam gloriam toto cordis affectu promereri studuit. Semper enim timorem domini pre oculis habuit in omnibus iudicys suis, maxime in causis criminalibus, in quibus ulcio seu pena sanguinis irrogatur. Unde in omnibus iudicys suis mitigata legum seueritate semper utebatur misericordie lenitate[11]). Erat enim consolator afflictorum, subleuator oppressorum, pius pater pupillorum, et protector orphanorum. Qui eciam victor honoratus inclitus augustus extitit, non tam nominum proprietate, quam rerum veritate[12]), Adauxit enim rem publicam Hungarie. Ipse quidem[13]) Dalmaciam atque Croaciam sue monarchie iure perpetuo subiugauit. Cum enim rex Zoromerus[14]) sine liberis decessisset, uxor eius soror regis Ladislai ab inimicis viri sui multis iniurys pregrauata, auxilium fratris sui regis Ladislai in nomine Jesu Christi implorauit. Cuius iniuriam rex grauiter vindicauit,

[1]) valde S. [2]) ursibus. [3]) pop. sui. om. [4]) suum. add. [5]) ethymologie. [6]) eius. add. [7]) populo. add. [8]) dosis. [9]) peragonem. S. per a gogen. A. „Et quamuis — — haberet“ adiungit. VP. [10]) gubern. suscep. [11]) leuitate S. [12]) varietate. A. [13]) prius. [14]) Zozemerus. A. Zoidmerus. S. Zolomerus. VP.

et Croaciam atque Dalmaciam integraliter sibi restituit. Quapropter ea predicta regna suo subdidit dominio[1]). Quod non fecit propter cupiditatem, sed quia secundum legalem[2]) iusticiam sibi competebat hereditas, quoniam quidem rex Zoromerus[3]) in primo gradu affinitatis eidem attinebat, et heredem non habuit.

112. Porro Salomon erat in Poson, reuerendissimi[4]) autem episcopi laborabant pacificare eos. Rex autem Ladislaus quamuis sciret Salomonem nimis esse trucem[5]) et inpatibilem, victus tamen pietate, et maxime iusticia conpellente[6]) quia ius legitimum Ladislaus non habebat contra eum, sed omnia ex facto fecit non de iure: quarto anno regni sui pacificatus est cum Salomone, donans ei stipendia ad regales expensas sufficiencia. Optimates autem regni futura pericula bellice cladis caute precauentes, non patiebantur regnum partiri cum Salomone, ne nouissima fierent peiora prioribus. Salomonis (45a) autem cauteriatam conscienciam, preconcepte iracundie amaritudo laniabat. Cepit itaque fremebundus estuanti animo machinari dolos in perniciem innoxy sanguinis Ladislai. Sed incidit in foueam quam fecit[7]). Rex enim Ladislaus deprehenso flagicio cepit Salomonem et in Visegrad[8]) retrusit in carcerem[9]). Sed postmodum[10]) dimissus est de carcere in eleuacione corporum sancti Stephani regis[11]) et beati Emerici[12]) confessoris, et fugiens adyt ducem Cunorum, qui vocabatur Cutesk, cui iurauit quod Transiluaniam[13]) prouinciam proprietario iure[14]) sibi traderet, et filiam eius in uxorem acciperet, si ille in auxilium

[1]) quam propter ea predicta. B. quam prop. pred. regn. suo subdit. S. quam postea a predicta regina. VP. [2]) regalem. VP. [3]) Zolomerus. VP. ex Zoro.— Zolo. S. Zozomerus A. [4]) reuerentissimi. [5]) atrocem. S. [6]) complente. S. [7]) eodem. — fulgere. add. VP. [8]) Vysegrad. VP. Wysagrad. A. [9]) „Erat autem — — condolebat.“ add. VP. [10]) Salom. rex. add. VP. [11]) regis Steph B. [12]) hemerici. S. [13]) transiluanam. [14]) om. B.

eius super Ladislaum[1]) veniret. Dux autem Cutesk inani spe seductus cum magna multitudine Cunorum inuadens Hungariam deuenit usque in prouinciam castrorum Hung et Borsoa[2]). Quo audito rex Ladislaus irruit super eos, et contriti sunt a facie eius cecideruntque in ore glady multa millia Cunorum. Rex autem Salomon et Cutesk, sicut anates auulsis pennis ab unguibus austuris[3]) fugientes euaserunt. Rex itaque Ladislaus tulit spolia eorum, et in ymnis et confessionibus benedicebant deum, qui dedit eis gloriosam victoriam. Fecit autem rex construi ecclesiam ad honorem omnipotentis dei[4]). At rex Salomon cum latrunculis Cunorum inuasit Bulgariam et confinia Grecie, ubi ab exercitu imperatoris Grecie[5]) miserabiliter sunt percussi; e quibus valde pauci[6]) euaserunt[7]). Rex ergo[8]) Salomon fugiens euasit cum paucis et facili cursu transiuit Danubium, quia glaciatus erat.

113. Cumque venisset ad quoddam nemus maximum, dixit suis, ut pro recreandis equis paululum[9]) pausarent. Ipse vero deposito scuto finxit se confestim reuersurum, et abyt in opacas partes siluarum suis nichil tale opinantibus, absentauit se ab illis, nec unquam ultra comparuit. Fractus quippe tot aduersis, visitatus est a spiritu salutari, quia ex ipsis aduersis non est effectus durior, nec contra iustissimam dei[10]) veritatem libero pugnans arbitrio; sed manum misericordie[11]) corripientis dei (45b) senciens[12]) in recordacione commissorum ingemuit, et quantum iuste humanitatis arbitrium[13]) pensari potest cum cordis contricione et satisfactione de peccatis suis penituit. Vere felix necessitas, que compellit ad meliora[14]).

---

[1]) regem. add. A. [2]) Ung et Borsua VP. Ung et Burson. V. Ung et burson. S. Hungh. A. [3]) asturis. S. [4]) dei omnip. ad memoriam — — obtinuerunt. add. VP. [5]) om. A. [6]) pauci valde. [7]) „Cum enim vidissent Cuni — — interfeciebant." in VP. omittunt ceteri. vide. Font. II. p. 195. [8]) autem VP. V. [9]) paulum. S. [10]) om. A. [11]) misericordissime. [12]) sciens. S. [13]) arbitratu. [14]) nam — — deo. inserit. VP.

En nobile corpus regis Salomonis regalibus delicys educatum, iacet in puluere et cinere fatigatum. Et qui prius pugnabat pro temporalibus, nunc solum intendit celestibus. Totum enim tempus vite sue in peregrinacione et oratione, in ieiunys et vigilys in laboribus et obsecracionibus consumauit. (Hic deleta sunt in codice haec: „Visus est eciam semel in Hungaria tempore regis Colomani, sed statim delituit"; additurque colore viridi :) *Visio. Quadam vice veste monachali duobus solum contentus famulis Albam regalem venit, ibique de manu Ladizlai fratris sui elemosinam sumpsit. Quem cum Ladizlaus cognouisset timuit eum; et diligenter requiri faciens potuerunt eum inuenire nullo modo*[1]). Visus est eciam semel[2]) in Hungaria tempore regis Colomanni sed statim delituit, nec unquam amplius conparuit[3]). Migrauit autem ex hoc seculo ad dominum et sepultus est Pole in ciuitate Istrie[4]). Uxor autem eius et mater in Agmund requiescunt[5]).

113. (46a) At[6]) rex Ladizlaus in anteriora se semper extendens et de virtute in virtutem proficiscens[7]) quasi virgula fumi ascendens ex aromatibus mirre et thuris et uniuersi pulueris pigmentary, qui non solum in Hungariam sed eciam in uniuersa regna christianitatis respersit odorem suauitatis[8]). Unde mortuo Romanorum imperatore duces et tetrarche teutonicorum, cunctique barones et optimates communiter et concorditer rogauerunt eum[9]), ut susciperet imperium. Quia vero ipse non sua, sed que Jesu Christi sunt querebat, illud diuinum oraculum mente sedula reuoluebat[10]): Non transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui[11]). *Matrimony enim copula dis-*

---

[1]) similia habet Keza. Font. II. p. 87. [2]) om. A. [3]) „Visus — — comparuit" om. S. [4]) Istria. VP. [5]) Sequitur in margine manu seculi 16-i: Sepultus est in Lepoglaua claustro heremitarum. Ibi enim ex marmore sculptum monumentum habet. [6]) vero. add. A. S. [7]) proficiens. A. et. VP. „quasi, virgula — — pigmentary" om. V. [8]) om. V. suauitatis odorem. VP. [9]) ipsum. VP. [10]) „illud — reuoluebat." om. A. S. [11]) patrum tuorum VP.

solutus acceptabile munus continencie deo dedicans, in peregrinacione proficisci Jerosolimam disponebat. Sed in breui expedicione contra bohemos existente egritudine correptus felix propositum non potuit adimplere. Forte diuina gracia tam preciosum aurum spiritali de regno hungarorum noluit elongari[1]. Regnauit autem decem et nouem annis et mensibus tribus ac diebus tribus[2]. Migrauit autem ad dominum anno domini millesimo nonagesimo quinto, quarto kalendas Augusti feria prima. Cuius sacratissimum[3] corpus in suo monasterio Waradini deuotissime veneratur.

De coronacione regis Colomanni, fily regis Geyse primi, qui fuit filius regis Bele primi. B.[4])

114. (46b) Post ipsum autem regnauit Colomanus filius regis Geyse[5]. Ipse enim Belam filium Almus ducis, fily Lamperti ducis, fily Bele regis dicti Benin[6] adhuc infantem de quorundam consilio extractum[7] de matris gremio excecauit, sed quia sibi[8] consanguinitate attinebat, ideo[9] ipsum non interfecit, sed priuauit lumine[10], ut non sit dignus portare coronam sancti regis. Iste Colomanus episcopus fuit Varadiensis, sed quia fratres quos habebat morte sunt preuenti, ideo sumpmo pontifice cum eo dispensante regnare compellitur. Qui ab Hungaris Kunues Calman[11] appellatur, eo quod libros habebat, in quibus horas canonicas ut episcopus persoluebat. Iste Dalmacie regnum occiso suo rege Petro nominato in montibus Petergazia[12] Hungarie adiunxit. Galeas quoque Ve-

1) Haec nostro codici propria. Multa alia de Ladislao habet VP. 2) ac dieb. trib. om. B. S. 3) sanctissimum. A. B. 4) De Colomano rege dicto Cunues. A. 5) Sequitur in S. et V. In cuius temporibus multa mala sunt perpetrata. In A. vero: Iste Colomanus episcopus fuit — persolvebat. In cuius temp. etc. Ipse enim beelam — — S. regis. 6) belen. A. gelen. S. 7) tractatum. S. 8) ex. add. V. 9) imo. V. 10) luce V. 11) Cunes Calaman. S. Cunues Colman V. 12) Petergozdia VP. V. S. peturgozdia A.

netorum et naues solidans et allocans pecunia maxima exercitum copiosum in Apuliam destinauit, qui[1]) Apulia spoliata per tres menses in ea permansit[2]). Ubi eciam milites exercitus[3]) Monopolim et Brundusium[4]) expugnantes, Venetis[5]) ad tenendum pro utilitate regis Colomani reliquerunt, ipsi autem in Hungariam abinde sunt reuersi. Que quidem ciuitates per galiotas Pisanorum[6]) missos (47a) per Cesarem expulsis Venetis sunt rehabite. Regnavit autem rex Colomanus[7]) annis decem et octo, mensibus sex, diebus quinque. Migrauit ex hoc seculo anno domini millesimo centesimo decimo quarto tercio Nonas February feria tercia. Cuius corpus Albe quiescit.

(Mortuo rege Colomano Stephanus secundus filius eius in regem consecratur. B.[8])

115. Cui successit Stephanus filius eius[9]), qui regnauit annis decem et octo et mensibus quinque. Migrauit ad dominum anno domini millesimo centesimo trigesimo primo. Cuius corpus Varadini quiescit.

(De coronatione secundi Bele ceci filii Almus ducis, filii Lamperti ducis, qui fuit filius regis Bele primi. B.[10])

116. Post ipsum vero[11]) regnauit Bela cecus. Impletum est in ipso illud propheticum: Dominus soluit compeditos[12]), dominus illuminat cecos. Et iterum: Inite

---

[1]) et. V. [2]) permanserunt. A. S. V. VP. [3]) om. [4]) ciuitates. add. [5]) Veneciis. V. [6]) soldatos Parisanorum. VP. soliatas Pisanorum. V. [7]) rex. Col. om. [8]) De Stephano rege secundo. A. De coronatione Stephani filii Colomani. V. [9]) A. plura habet de hoc rege cum VP. communia. „Anno igitur MCXIII. potenciores proceres Stephanum filium Colomani in locum patris subrogauerunt. Erat autem adhuc impubes. Anno autem nono regni sui missis exercitibus deuastauit poloniam etc. vide Font II. 210. [10]) De beela ceco secundo rege. A. [11]) om. A. [12]) et add. S.

consilium (47b) et dissipabitur, loquimini verbum et non fiet. Creuit autem[1]) puer cecus regnante Stephano filio regis Colomanni, et mortuo ipso coronatur quarto Kalendas May feria tercia. Et genuit quatuor filios, scilicet Geysam, Ladizlaum, Stephanum et Almus. Quo regnante regina[2]) habito consilio regis et baronum fidelium, fecit congregacionem generalem in regno iuxta Arad. Illa igitur die dicte congregacionis, dum rex sedisset super solium regni sui, venit regina cum filys suis, et sedit circa regem. Dixit autem ad populum uniuersum: Omnes fideles nobiles senes et iuuenes diuites ac pauperes audite. Cum unicuique vestrum Deus visionem dederit naturalem, volo audire cur dominus vester rex suis oculis sit priuatus, et quorum consilio hoc sit actum, modo mihi propalate, et eos fideliter in hoc loco vindicantes, nobis de ipsis finem date. Ecce enim deus regi vestro pro duobus oculis dedit quatuor. Facta igitur hac voce irruit omnis populus super illos barones, quorum consilio rex fuerat obcecatus, et quosdam de ipsis ligauerunt, quosdam vero detruncauerunt. Sexaginta autem et octo prophanos ibidem crudeliter occiderunt, et omnes successores eorum tam viri quam mulieres eodem die sunt registrati. Insuper omnis illorum possessio ecclesys cathedralibus est diuisa. Et sic omnes ville condicionales[3]) donaciones regum nominantur. Regnauit autem[4]) ipse[5]) Bela cecus[6]) annis nouem et mensibus XI, et diebus duodecim, et fuit pius rex. Migrauit autem ad dominum anno domini millesimo centesimo quadragesimo primo ydus[7]) February feria quinta. Cuius corpus Albe quiescit.

---

[1]) itaque. [2]) Elena. A. VP. Helena. S. [3]) de Hungaria. add. [4]) igitur. [5]) om. V. [6]) om. A. [7]) ydibus. B.

(Mortuo rege Bela ceco rex Geysa secundus filius eius primogenitus coronatur. B.[1])

117. (48a) Regnauit autem post eum Geysa filius eius, qui coronatus est quarto[2]) kalendas Marcy in dominica Invocavit me; transactis duobus diebus post mortem patris. Regnauit autem[3]) annis XX mensibus tribus, et diebus undecim[4]). Et genuit quatuor filios scilicet[5]) Stephanum et Belam, Arpad atque Geysam[6]). Migrauit autem ad dominum anno domini millesimo centesimo sexagesimo primo, pridem[7]) kal. Juny feria quarta. Cuius corpus Albe quiescit.

(De coronacione Stephani tercii filii Geyse secundi, et de coronacione primo Ladizlai secundi, deinde Stephani quarti filiorum Bele ceci viuente adhuc Stephano tercio. B.[8])

118. Loco eius coronatur Stephanus filius eius[9]), et regnauit annis undecim mensibus nouem et diebus tribus. In cuius imperio dux Ladizlaus filius regis Bele ceci usurpauit sibi coronam dimidio anno; migrauit[10]) ad dominum anno domini millesimo centesimo septuagesimo secundo IX-o[11]) kal. February feria prima, cuius corpus Albe quiescit. Post[12]) Stephanus frater eius usurpauit sibi coronam mensibus quinque et diebus quinque. Coronatus est autem tercio ydus February in dominica Exurge. Deuictus est autem in festo sanctorum Geruasi et Prothasi feria tercia. Ubi multi[13]) nobiles Hungarie corruerunt. Post hoc expulsus[14]) de regno obyt in castro Zemlen[15]) anno domini millesimo centesimo septuagesimo tercio ydus[16])

---

[1]) De secundo Geysa rege. A. [2]) om. V. [3]) vero. A. [4]) quindecim. [5]) om. [6]) Arpad et Geysam Stephanum et Belam. S. [7]) pridie. [8]) De tercio Stephano rege hungarie. A [9]) magnus. add. S. [10]) autem. add. [11]) XIX. A. S. [12]) hunc. add. [13]) incliti. A. [14]) est. add. VP. [15]) Zemlyn. A. Zemelen. S. [16]) III-o idus. A. VP.

Aprilis feria (48b) quinta; cuius corpus Albe quiescit[1]). Dictus vero Stephanus[2]) filius Geyse[3]) sine herede[4]) migrauit ad dominum anno domini millesimo centesimo septuagesimo tercio quarto Nonas Marcy feria prima; cuius corpus Strigony quiescit[5]).

(De coronacione regis Bele tercii fratris Stephani tercii, et filii Geyse secundi. B.[6])

119. Postea regnauit Bela frater eius, qui fures et latrones persecutus[7]) est, et peticionibus loqui traxit originem ut romana habet curia et impery. Qui coronatus est ydibus[8]) January feria prima; regnauit[9]) annis viginti tribus mense uno et diebus decem nouem obdormiuit autem in domino anno eiusdem millesimo centesimo nonagesimo nono kalendas May feria tercia, cuius corpus in Albensi ecclesia tumulatur.

(De coronatione Emerici regis fily Bele tercii fily Geyse secundi. B.[10])

120. Cui successit Emericus filius eius, et regnauit annis octo mensibus septem et diebus sex. Huius uxor domina[11]) Constancia filia regis Aragonie Cesari Friderico[12]) per consilium apostolici copulatur et genuit filium nomine Ladizlaum[13]). Migrauit autem ad dominum anno domini millesimo ducentesimo pridem[14]) kalendas Decembris feria tercia. Cuius corpus requiescit in ecclesia Agriensi.

---

[1]) requiescit. A. [2]) Idem vero rex St. [3]) geysa. S. [4]) om. [5]) requiescit. A. [6]) De beela rege tercio. A. [7]) prosecutus. S. [8]) in diebus. VP. [9]) autem. add. [10]) De emerico rege filio regis beele tercii. A. [11]) om. V. VP. [12]) Frederico. VP. Fridrico. A. [13]) et gen — — Ladizl. om. [14]) pridie.

(De coronatione Ladizlai tercii filii regis Emerici. B.[1])

121. Post eum regnauit Ladizlaus filius eius, et coronatus est septimo kalendas Septembris feria quinta. Regnauit autem mensibus sex diebus duobus. Migrauit autem ad dominum anno eiusdem[2]) millesimo ducentesimo primo[3]) Nonis May, cuius corpus Albe quiescit.

(De coronatione regis Andree secundi, filii regis Bele tercii. B.[4])

122. (49a) Huic successit Andreas filius Bele tercy. Qui Andreas coronatus est vicesimo septimo die post obitum regis Ladizlai quarto kalendas Juny in Penthecosten[5]). Cuius uxor fuit domina Gerdrudis de Almania[6]), de qua genuit Belam, Colomanum Andream et beatam Elyzabeth. Sed proch dolor! humani generis inimico procul dubio suadente, uxorem Bankbani magnifici principis domina memorata vi tradidit cuidam suo fratri hospiti deludendam. Qua de causa[7]) idem Bankbanus de genere Bor oriundus suum gladium in regine sanguine miserabiliter sauciando[8]) cruentauit, et diro vulnere sauciatam anno domini millesimo ducentesimo duodecimo interfecit. Cuius corpus in monasterio griseorum monachorum de Pelys[9]) tumulatur. Pro cuius morte[10]) vox flebilis insonuit in tota Pannonia, et in omni genere Bankbani execrabilis et horrenda est sanguinis effusio subsecuta. Post hec rex Andreas terram sanctam visitauit ad mandatum pape, quod mandatum acceperat dum esset adhuc dux sicut habetur[11]) de (49b) voto et voti redempcione extra: Licet uniuersis. Quia ipse compleuit et redemit votum patris. Et ibi in terra sancta super exercitum christianorum contra Sol-

[1]) De secundo Ladizlao rege. A. [2]) domini. S. [3]) MCCVo S. [4]) De secundo rege Andrea filio regis Beele tercii. A. [5]) pentecoste. A. pentecostes. VP. [6]) alamania. [7]) quam ob causam. [8]) om. [9]) preliis. S. [10]) nece. [11]) extra. add.

danum Babilonie capitaneus et dux preficitur, et mox victor efficitur gloriosus. Mansit autem ibi[1]) tribus mensibus. Regali denique thesauro exposito, diuersorum sanctorum per ipsum reliquie comparantur. Caput videlicet sancti prothomartiris Stephani, et caput beate Margarethe[2]) virginis et martiris; dextra beati Thome apostoli, et sancti Bartholomei. Item de virga Aaron, et una de sex ydrys illis in quibus Christus mutauit aquam in vinum, et alie multe quas potuit tunc congregare. Reuersus[3]) est in Hungariam cum preciosis thezauris sanctorum. Regnum autem suum reinuenit in prospero statu. Non tamen hoc suis meritis, sed sanctorum, quorum reliquias afferebat, ascribi voluit. In occursum ergo regis Benedictus filius Ega cancellarius[4]) regine omnes prelatos ecclesie compellebat. Modo autem illas reliquias sanctas specialiter ille ecclesie habent, quarum prelati regi venienti obuiam occurrerunt. Transactis itaque nouem annis rex generosam Elyzabeth filiam suam nobili Luduico[5]) viro illustri[6]) Turingie Lanthgrauio copulauit. Qui post multos annos similiter cruce signatus deuote Jerosolimam pergens ibidem migrauit ad Christum. Cuius festum Jerosolimis deuote celebratur. Migrauit autem rex Andreas ad Dominum anno domini millesimo ducentesimo tricesimo quinto, tricesimo anno regni sui. Cuius corpus[7]) Varadini ad pedes sancti Ladizlai requiescit. Cuius corpus in monasterio de Egrus feliciter requiescit.

(50a) (De coronatione regis Bele quarti filii Andree secundi, et de diffortunio eius. B.[8])

123. Rex Bela post eum filius suus[9]) coronatus est pridie ydus Octobris feria prima qua cantatur „Da

---

[1]) ibidem. A. S. [2]) Malgarete S. [3]) reuersusque. [4]) canzellarius. S. [5]) nobili viro Lodowico. [6]) om. [7]) in monasterio de Egrus feliciter requiescit. [8]) De rege Bela quarto. A. [9]) eius.

pacem“[1]) in[2]) cathedrali ecclesia beati Petri Albe, quam ipse consecrari fecit, Columanno duce fratre eius[3]) ensem regalem ad latus ipsius honorifice tenente, Daniele vero duce Ruthenorum equum suum ante ipsum sumpma cum reuerencia ducente. Regnauit autem triginta quinque annis, *et genuerat duos filios, scilicet Stephanum et Belam qui bonus appellatur.*

(De primo aduentu Tartarorum in Hungariam. B.)

124. Tempore autem istius Bele regis anno a natiuitate[4]) domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo[5]) Mangali siue Tartari, cum quinquies centenis millibus armatorum regnum Hungarie inuaserunt. Contra quos Bela rex iuxta flumen Sayo[6]) prelians vincitur. In quo prelio fere extinguitur milicia regni Hungarie uniuersa. Ipso vero Bela rege ad mare fugam faciente, Tartari usque ibi eum[7]) crudeliter insecuntur. Manserunt enim ipsi Tartari in regno Hungarie tribus annis. Et quia in illis temporibus seminare non potuerunt[8]) hungari, ideo multo plures post exitum illorum fame perierunt, quam illi qui in captiuitatem ducti sunt, et gladio ceciderunt[9]). (50b) Post hec autem rex Bela reuersus de maritimis partibus, ducem Austrie Fridericum[10]) bellicosum ante Nouam ciuitatem gens occidit[11]) hungarorum in prelio, per maxillam transfigendo[12]). Licet tamen idem dux ceciderit in hoc bello, Bela rex[13]) cum hungaris triumphum perdidit[14]). Post hec autem anno domini millesimo ducentesimo sexagesimo idem rex Bela[15]) congregauit exercitum copiosum contra Othocarum regem bohe-

[1]) domine. add. [2]) ea add. S. [3]) eiusdem. [4]) om. preter V. et B. [5]) ipso Bela regnante. add. VP. [6]) Seo. [7]) ipsum. [8]) seminare illis temporibus. etiam B. [9]) et gl. cec. om. A. [10]) Fredericum. VP. Fridricum. A. S. [11]) in prelio. add. [12]) et transfixit per maxillam. [13]) prefatus. add. [14]) triump. c. hung. perd. [15]) Post hec idem rex anno domini etc.

(De coronatione regis Stephani quinti filii regis Bele quarti. B.[1])

125. Post ipsum anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo primo[2]) cepit regnare filius (eius) Stephanus super totam Hungariam. Qui Othocarum regem bohemorum in Hungariam cum bohemis[3]) australibus et Banburgensibus[4]) cum potencia venientem, ac ceteris mixtis gentibus, ante fluuium Rabcha[5]) deuicit viriliter ac fugauit. Postea Bodun[6]) ciuitatem bulgarorum et bulgaros superans regem eorum sibi compulit deseruire. Regnauit autem duobus annis, et mortuus est in anno tercio regni sui in magna insula, et sepultus est in ecclesia beate Virginis in insula budensi in loco Beginarum.

(De coronatione regis Ladizlai quarti filii Stephani quinti. B.[7])

126. (51b) Cui successit[8]) Ladizlaus filius eius et coronatus est eodem anno, quo mortuus est pater eius, videlicet anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo tercio[9]). Qui rex Ladizlaus anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo sexto[10]) imperatore adiuuante circa Morauiam occidit regem Othocarum supradictum in prelio. Postea cum anno domini millesimo ducentesimo octuagesimo secundo Oldamur[11]) dux Cumanie congregato exercitu cumanorum circa lacum Hood vocatum volens hostiliter regnum inuadere hungarorum, ut suo dominio subiugaret, contra eum rex Ladizlaus ut fortis Josue pro gente sua et regno pugnaturus accessit. In cuius exercitu Lorandus filius Thome miles strenuus contra cumanos

---

[1]) De Stephano rege quarto. A. [2]) primo. om. MCCLXX. [3]) behemis. S. [4]) bramburgensibus. VP. ac ceteris mixtis gentibus. add. [5]) raabacha. S. rabtha. A. [6]) Preterea budun. VP. A. budim. S. [7]) De ladizlao rege tercio. A. [8]) Successit autem sibi. A. [9]) MCCLXXII. S. [10]) rex Lad. — sexto. om. VP. [11]) Oldamir.

128. Idem rex[1]) anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo, feria secunda proxima ante festum Margarethe[2]) virginis prope castrum Kyriszug[3]) ab ipsis cumanis quibus adheserat et specialiter[4]) ab Arbuz Turtule et Kemenche[5]) ac eorum cognatis et complicibus, quibus communitas cumanorum habitis plurimis tractatibus et consilys commiserat[6]), in suo tentorio[7]) medio silencio noctis oportunitate capta[8]) diris vulneribus sauciatus[9]), miserabiliter est interfectus[10]). In quo rege, quia sine herede decessit defecit semen masculinum sanctorum regum[11]). Pro cuius nece[12]) Myze palatinus olim sarracenus, tunc tamen graciam baptismatis consecutus, audita morte domini sui predicti regis Ladizlai, ad vindictam tanti sceleris se viriliter ponens, elapsis aliquibus diebus post mortem ipsius regis, una cum Lyze fratre suo et Nicolao fratre uterino dicte Edue[13]) concubine, una dierum ad descensum predicti Arbuz veniendo quasi in aurora, predictos Arbuz et Turtule cepit, et ipsum Arbuz diuidi fecit in duas partes; Turtule vero dimembrari. Alios autem cumanos de genere eorundem, ac omnes ad eos pertinentes, et quod plus est eciam infantes in cunis seu cunabulis iacentes[14]), quos apprehendere potuit iussit[15]) decollari.

129. Tempore enim istius regis Ladizlai incepit[16]) Hungaria a sua magnifica reflecti gloria[17]) in casus flebiles et euentus. Ceperunt in ea intestina bella consurgere, ciuitates confringi, ville per combustiones ad nichilum

---

[1]) ceteri continuant „ipse rex“ etc. [2]) sancte Margar. VP. Malgarete. S. [3]) Kereszeg. VP. V. Kyriszeg. A. S. [4]) sequentia usque „decollari“ om. VP. „specialiter“ om. A. S. [5]) Keminche. V. [6]) commiserunt. V. [7]) territorio. V. [8]) captata. V. [9]) om. A. S. [10]) est miserabiliter int. A. S. V. haec. habet etiam VP. [11]) Inquo — regum. desunt in V. A. et S. [12]) sequentia usque „decollari“ habent B. V. omittunt A. S [13]) Ayduce V. [14]) et quamplures etiam inf. eorum ceu cunabulis iacentes. V. [15]) fecit. V. [16]) cepit. [17]) gloria refl.

redigi, pax et concordia penitus conculcari, diuites deficere, et nobiles rusticari pre inopia paupertatis. In[1]) illo tempore biga, scilicet duarum rotarum vehiculum a regni incolis currus Ladizlai[2]) regis (52b) dicebatur[3]); quia propter continua spolia animalia vehicula trahencia defecerant in regno, sed homines more pecorum bigis iuncti animalium vices impendebant. Idemque rex Ladizlaus sepultus esse dicitur Chanadini[5]).

(De coronatione regis Andree tercii, qui fuit nepos regis Andree secundi. B.[6])

130. Post cuius regis mortem eodem anno, decimo octauo die Andreas dux de Venecys coronatur. Qui viuente adhuc Ladizlao rege adductus in Hungariam fuerat. Cuius Andree regis ortum et originem videamus, qua racione meruerit coronam[7]) regni accipere. Cum enim rex Andreas secundus pater quarti Bele regis et Colomanni ducis, mortua prima uxore sua vel potius interfecta ut superius dictum est, mare ad mandatum ecclesie transfretasset in terram sanctam ad expugnandum pro sepulchro domini, ubi[8]) victor existens reuertebatur feliciter cum honore. Tandem in Italiam applicuit, et quadam vice apud marchionem Estensem est magnifice hospitatus. Ille vero marchio cognoscens regem esse viduum, filiam suam excellenter pulcram et bene ornatam conspectui regis fecit astare ad mensam. Rex autem videns eam pulcram et suis (53a) oculis graciosam, cum absque hoc vellet ducere[9]) uxorem, cum eadem domicella, eodem die contraxit matrimonium[10]), et in Hungariam secum duxit. Mortuo vero rege Andrea, domina ista volens redire ad pa-

---

1) om. 2) regis Lad. 3) ducebatur. VP. 4) vices animalium. 5) „idemque — Chanadini" om. ceteri. A vero haec ponit: Regnauit autem decem et octo annis et dimidium 6) de Andrea rege tercio. A. 7) ung. regni. A. 8) ibi. A. VP. 9) ducere vell. 10) om. A. S.

rentes suos, conuocatis principibus regni Hungarie archiepiscopis et episcopis, se grauidam prole manifestis indicys demonstrauit, et sic reuersa est[1]) in terram suam Esth vocatam, et ibi apud patrem suum puerum masculum peperit, quem in baptismo Stephanum vocauerunt. Qui nutritus et educatus sub hoc titulo, quod esset filius regis Hungarie, tandem ad ultimam etatem[2]) deueniens, usurpare dolose marchionatum voluit aui sui. Sed idem auus suus preualens, ipsum remotius aufugauit. Et sic ipse Stephanus[3]) abyt in Hyspaniam ad Jacobum regem Aragonie, qui habebat in uxorem sororem istius Stephani, filiam regis Andree, regis Hungarie. Et ibi aliquandiu commoratus, iterum in Italiam veniens, electus est a ciuibus potestas[4]) in Rauenna. Inde fugatus venit Venecias. Ibi autem vir quidam ciuis Venetensis ciuitatis potior et ditior, cognoscens et sciens veraciter hunc esse filium regis Hungarie, tradidit sibi filiam suam in uxorem, et omnium bonorum suorum participem eum constituit. Ex illa autem habuit Stephanus filium[5]), quem Andream vocauit nomine patris sui. Qui Andreas auxilio et consilio auunculorum suorum, qui erant infinitarum diuiciarum, viuente adhuc rege Ladizlao in Hungariam subintrauit, eo quod esset dux, qui deberet habere porcionem in regno regis Andree titulo aui sui. Cum autem fuisset occisus Ladizlaus[6]), a baronibus regni feliciter coronatur. Qui anno secundo regni sui cum exercitu maximo Austriam debellauit[7]).

---

[1]) est reuersa. [2]) etatem ultimam. [3]) fugiens add. [4]) potestas a ciuibus. [5]) filium St. [6]) rex Ladis. fuisset occis. [7]) ita enormiter quod unus teutonicus emebatur pro denario. Nam in primo anno regni sui duxit uxorem de Polonia, que obiit in aduentu domini, anno domini MCCLXXXXVI-o. In eodem anno ante Ascensionem domini duxit in uxorem filiam ducis Austrie. add. A.

(Quomodo in preiudicium regis Andree Karolus puer per papam in Hungariam pro rege mittitur. B.)

131. In cuius imperio quidam nobiles regni Ugrinus[1], Johannes scilicet et Henricus[2] banus fily Henrici[3], ac aly quamplures in preiudicium regis Andree a papa Bonifacio octauo regem, ut dicitur, petierunt. Quorum instanciam papa admittens quendam puerum undecim annorum nomine Karolum, anno domini millesimo ducen-(53b)tesimo nonagesimo nono, viuente adhuc Andrea rege in Hungariam destinauit. Cuius quidem[4] Karoli[5] generacio et origo tali modo habetur. Rex Stephanus quintus[6] filius Bele regis[7] quarti regis Hungarie inter alias filias habuit unam nomine Maria[8] vocatam, qnam Karolo claudo filio Karoli magni, qui ex donacione ecclesie fuit rex Sicilie[9], tradiderat in uxorem. Qui rex Karolus claudus ex illa filia Stephani regis genuit Karolum Marcellum[10] vocabulo. Karolus vero Marcellus ex filia imperatoris Rodolphi Clemencia nomine genuit filium, quem primo in terra sua vocauerunt Karobertum, quasi Karolum Robertum. In Hungaria autem ablato Roberto ipsum hungari Karolum vocauerunt. Ut autem iste Karolus regnare valeret, et contra Andream regem potestatem acciperet[11], papa prefatus legatos unum et alium de latere suo[12] destinauit. Qui nichil agere valentes ad propria redierunt. Interim anno domini millesimo tricentesimo primo in festo Sanctorum Felicis et Pincis[13] idem rex Andreas in castro Budensi requieuit in domino, et sepultus est in ecclesia Sancti Johannis euangeliste apud Fratres minores.

---

[1]) om. [2]) Herricus. [3]) ac Ugrinus filius Pouch de Uylac. add. VP. [4]) om. [5]) Caruli. S. [6]) quartus. S. [7]) om. [8]) Mariam. [9]) cicilie. S. [10]) martellum. [11]) accipere. [12]) contra And. regem pro Karolo. B. regem Andream. add. ceteri. [13]) sancti Felicis in Pincis.

(Mortuo rege Andrea Ladizlaus vel potius Vencezlaus filius regis Bohemie contra Karolum in Hungariam inducitur, et in Albensi ciuitate honorifice coronatur. B.)

132. (54a) Postea mortuo rege Andrea barones regni[1]) in duas partes eodem anno celerius diuiduntur, ita quod[2]) Matheus Omodeus et Ugrinus potentissimi[3]) ac aly nobiles quamplures in regno[4]) Karolo puero adheserunt, et eum regem nominabant verbo, sed non facto. Dominicus vero filius Stephani dicti Porch magister tauernicorum[5]) quondam regis Andree, Demetrius filius Nicolai, Henricus filius Henrici, viri valde magnifici, cum Johanne archiepiscopo Colocensi, et Andrea episcopo Agriensi, Emerico episcopo Varadiensi, Haab[6]) episcopo Vaciensi, Anthonio episcopo Chanadiensi, Nicolao episcopo Boznensi, et Jacobo episcopo Scepusiensi[7]), cui usque vitam concessus fuerat episcopatus, in mense Julio versus Bohemiam processerunt ad regem Vencezlaum[8]), ut regni susciperet gubernacula hungarorum, ne regni[9]) libertatem amitterent in suscepcione per ecclesiam dati regis. Ad ipsum autem regem Bohemie ob hanc causam posuerunt gressus suos, quia rex Othocarus, qui per Ladizlaum regem[10]) fuerat interfectus, sicut est superius enarratum, habuit in uxorem filiam domine Anne filie Bele regis quarti, qui ex ea genuit filium nomine Vencezlaum, qui regnauit in Bohemia patre mortuo multis annis. Qui Vencezlaus venire noluit, sed filium suum ex filia imperatoris Rodolphi procreatum et genitum nomine similiter Vencezlaum in quadam villa Godyn vocata circa Morauiam[11]) ex parte Bohemie ubi[12]) prefati nobiles et episcopi conuenerunt[13]) in regem Hungaris tradidit naturalem. Et ipsi[14]) confectis

---

[1]) eodem anno in duas partes. [2]) itaque. S. [3]) principes. add. VP. [4]) potent. in regno, ac alii nob. B. [5]) tauarnicorum. [6]) Hab. S. [7]) Scepsensi. [8]) Venzlaum. S. [9]) liberi add. [10]) reg. Lad. [11]) Moroam. A. moram. S. Morouam. VP. [12]) quo. [13]) conuenerant. [14]) episcopi. A.

instrumentis literarum, et roborato fidei firmamento unanimiter susceperunt. Abhinc „Te deum laudamus“ altissime proclamantes, ad Albam ciuitatem regiam deuenerunt, ubi Johannes archiepiscopus Colocensis cum episcopis alys superius nominatis honorifice coronarunt. Sedes namque tunc archiepiscopatus Strigoniensis vacabat. Inde Budam venientes, ibique Johannes archiepiscopus obdormiuit in domino, et Jacobus episcopus Scepusiensis quieuit in pace. Tumulantur autem in ecclesia sancti Johannis apud Fratres minores. Postea rege iam dicto quem hungari Ladizlaum (54b) vocauerunt in Buda degente, nullum castrum, nullum ius regale, nulla potencia seu potestas[1]) sicut Karolo puero ex parte baronum restituuntur. Sed una pars regni Karolum, altera Ladizlaum regem apellabant nomine tantum sed non effectu regie potestatis. Tunc rex Vencezlaus pater Ladizlai nouiter coronati, videns et considerans palliatas versucias hungarorum, anno domini millesimo tricentesimo tercio cum multitudine exercitus Pannoniam est ingressus, et iuxta Danubium circa Pesth aliquantulum residens, Ladizlaum filium suum cum corona regni accipiens, et Ladizlaum filium Vernheri[2]) rectorem seu iudicem Budensem, et quosdam alios capiens[3]) in suum regnum in pace reuertitur. Eodem tempore Frater Nicolaus de ordine Fratrum Predicatorum episcopus Hostiensis cardinalis, apostolice sedis auctoritate suffultus in Hungariam pro Karolo aduenit. Qui Bude residendo diebus plurimis, videns se nichil posse proficere, reuersus est in curiam, et ibi mortuo[4]) Bonifacio octauo in summum[5]) pontificem eligitur et creatur, et Benedictus appellatur. In suo autem recessu ciues ciuitatis Budensis, pro quodam casu in interdicto reliquerat. Interdictum quippe religiosis et plebanis stricte seruantibus, surrexerunt quidam pseudosacerdotes et perfidi, qui manifeste diuina po-

---

[1]) nulla potencia seu pot. nullum ius regale. [2]) Vernerii. [3]) et quos. al. capiens. om. VP. [4]) mortuo ibi. S. [5]) supremum. A.

pulo celebrabant, et sacramenta ecclesiastica ministrabant publice in interdictis. Insuper malum malo perniciosius cumulantes, conuocato populo, accensis lucernis sumpmum pontificem Christi vicarium archiepiscopos et episcopos uniuersos regni Hungarie, ac viros religiosos communiter excommunicatos altis vocibus promulgabant. Hoc factum est in castro Budensi[1]) quodam dicto Petermanno[2]) regente Budensem ciuitatem[3]) quem pro Ladizlao captiuato prefecerat Vencezlaus.

(Quomodo Otto dux Bauarie in regnum contra Karolum inducitur, coronatur captiuatur expellitur. B.[4])

135. Interdum vero fily Henrici et quidam aly nobiles Ottonem ducem Bauarie subintroducunt in regnum Hungarie. Qui veniens et coronam regni a Vencezlao ablatam (55a) petiuit sibi dari, ac secum ferens anno domini millesimo tricentesimo quinto Albam regalem ciuitatem petiuit ut ibi coronaretur legitime in regem. Quem Benedictus episcopus Vesprimiensis, et Frater Anthonius episcopus Chanadiensis[5]) in regem unxerunt, et dicta corona regia coronarunt. Inde Budam veniens et in die solempni in decore[6]) regio, coronam sanctam habens in capite, per omnes plateas et vicos incedebat eques cum populo copioso, ut cunctis se esse regem legittimum publicaret. Qui in breui terram Erdeel[7]) cum Beke filio Thome censuit visitare, ubi Ladizlaus Voyuoda ipsum captiuauit, (55b) et in castro suo tenuit vinculatum multis diebus. Qui tamen miserabili fortuna sibi occurrente de regno expellitur hungarorum. Nec hoc pretereundum est[8]), quod cum sancta corona ad Hungariam portaretur, propter ti-

[1]) in om. castrum Budense. VP. et A. [2]) peturmano A. VP. petromano. S. [3]) Bud. ciuit. om. [4]) De Octone Bauaro. A. [5]) Canediensis. S. [6]) decoro. [7]) Erdelu. A. VP. herdelu. S. [8]) pretermittendum est.

morem hostium fecit illam includi per artem tornatoriam in flasconem. Cum autem equitaret cum suis sub noctis silencio in strata publica, in qua plurimi viatores transiebant[1]) casu de selle corrigiis[2]), ubi erat flasco ille ligatus quasi vas vinarium, nullo vidente cecidit resolutus. Postmodum vero luce clarescente, cum vidissent non esse thesaurum illum preciosum, quo citius potuerunt, timore percussi retro celeriter cucurrerunt. Quam coronam inter multos transeuntes in terra iacentem in medio publice strate inuentam a nemine reperierunt[3]). Forsitan ceciderat in prima vigilia noctis; reinuenta est autem sequenti die circa tempus non dubium vespertinum. Mirum certe et miraculum non tacendum. Quid enim per hoc quod illa corona cecidit intelligo, nisi quia dux ille usque vitam suam portare non potuit hanc coronam, sed amisit de capite coronam ipsam pariter et honorem. Quid est quod a nullo inuenta sed ab ipsis qui portabant, nisi (56a) quod ne Pannonia sibi data[4]) corona ab angelo priuaretur? Quo facto in eisdem euentibus Ladizlaus filius Vernheri de captiuitate regis Vencezlai anno fere tercio liberatur, et cum Johanne filio Chaak[5]) castrum Budense per portam, que iuxta synagogam Judeorum est[6]) feria quinta post festum beate Petronelle virginis noctis in silencio subintrauit, et quosdam ciues Budenses suos aduersarios et proditores inuasit subito et destruxit. Petermannus[7]) iudex ciuitatis nudus fugiens vix euasit. Duos enim ex ipsis ciuibus scilicet Marcum Herman[8]) et magistrum Martinum iuratos ciues de duodecim in caudis equorum per vicos et plateas ciuitatis crudeliter trahi fecit, et ossa eorum ignibus concremauit[9]), bona eorum obtinuit et possedit. Sacerdotes insuper illos perfidos su-

---

[1]) transibant. [2]) de sella conrigiis V. ubi cetera usque ad annum 1312. desiderantur. [3]) repererunt. [4]) data sibi. [5]) Chak. A. [6]) que est iuxta. [7]) Peturmanus. [8]) Martunherman. A. VP. Mortunherman. S. [9]) eorum ossa concremari. VP. cremari fecit. A.

perius memoratos[1]) manibus cathenatis et pedibus Thome Strigoniensi archiepiscopo destinauit. Quos idem archiepiscopus carceri mancipauit, et in eodem tristem spiritum emiserunt.

(Expulso Ottone Karolus in regem suscipitur et coronatur. B.[2])

136. Cum igitur puer Karolus absque regni solacio in Hungaria moraretur[3]), Frater Gentilis tituli sancti Martini in (56b) montibus presbiter cardinalis de ordine Fratrum minorum ex auctoritate sumpmi pontificis plenaria[4]) anno domini millesimo tricentesimo octauo Pannoniam introiuit. Uno siquidem anno in pace transacto, anno domini millesimo tricentesimo nono constitucione terribili promulgata, nobiles regni anathematis vinculo innodauit. Pauperibus vero et diuitibus uniuersis diuina strictius interdixit. Et hec fecit illis nobilibus qui iura regalia et reginalia nolebant restituere regi Karolo supradicto, et qui eum regem minime appellarent. Ladizlaum vero Voyuodam Transiluanum speciali excommunicacione feriens, eo quod coronam regni, quam ab Ottone duce dum eum captiuauerat receperat, indebite detinebat; et quia filiam suam idem Ladizlaus tradiderat filio Stephani regis Seruie scismatico in uxorem. Quapropter cum prefati nobiles extra cimiteria corpora iacentia conspicerent defunctorum, amaro spiritu perturbati, anno domini millesimo tricentesimo decimo congregati in campum Rakus circa Pesth Karolum sepedictum in regem concorditer susceperunt, et Albam properantes feria quinta in octauis sancti regis Stephani, solempniter cum leticia coronarunt cum sancta corona a Ladizlao uayuoda[5]) restituta.

---

[1]) nominatos. VP. [2]) De coronatione Karoli regis. [3]) moreretur. S. [4]) primaria. B. [5]) Voyuoda. B.

(Incidentia. B.)

137. Anno eodem Clemens quartus per cruciferos sancti Johannis inter christicolas mundi huius inestimabilem thesaurum fecit sagaciter procurari ad passagium generale pro terra sancta expugnanda, tradens dictis cruciferis graciam generalem[1] pecuniam[2] largientes ab omnibus criminibus absoluendi, usque ad continuos quindecim[3] annos. Sed postea de illo tanto thesauro nichil factum vidimus effectiue.

(Pugna regis Karoli prope Cassam cum suis contra Matheum et filios Omodei. B.)

138. Anno domini millesimo tricentesimo duodecimo cum rex Karolus regale castrum Sarus vocatum a Demetrio filio Nicolai, ex mandato Mathei potentissimi principis possessum (57a) suis viribus obsideret, idem Matheus filius Petri de Trinchinio, mille et septingentos milites lanceatos conductiuos[4] et omne penitus posse suum[5] contra regem in adiutorium Demetry destinauit, ut ipsum regem de sub castro procul pelleret prepotenter. Principes autem exercitus Demetrium supradictum, et Albam[6] dictum pulcrum siue magnum constituit. Quorum aduentum rex audiuit putans[7] se non posse resistere, in Scepus[8] se recepit. Cui Scepusienses[9] equites pariter et pedestres fideliter concesserunt, cum quibus rex hostes suos[10] audacius est aggressus. Qui quidem interdum ciuitatem Cassa vocatam expugnare ceperant pro morte Omodei palatini, quem in Cassa cassenses teutonici vel pocius saxones peremerunt[11] innocentem. Quibus cum exploratores conclamarent regis aduentum, dimissa ciuitate intrepidi obuiam regis exercitui processerunt, et ad locum

---

1) singularem. 2) pecunias. B. 3) quinque.) conducticios B. VP. 5) suum posse. 6) Abbam. B. Abam. A. VP. albam. S. 7) audiens putauit. 8) Sepes VP. Sceps. A. S. 9) Scepsenses. 10) om. B. 11) peremerant.

pugnandi magis aptiorem, rex et ipsi plurimum festinabant, quem locum ipsi primitus occupauerunt. Rex interim in quadam valle circa Harnald[1]) cum exercitu confessione sacramentali premissa, et absolucione accepta, susceptoque dominici corporis sacramento a cruciferis supradictis, mori se per omnia parauerunt. At ipsi durissimi pacis hostes bellica arma induti, de cuiusdam montis[2]) cacumine, in vallem prefatam protinus certaturi regi obuiam[3]) descendebant, et in latere dicti montis feria sexta in festo sanctorum Viti et Modesti prelium durissimum est commissum, quale a tempore tartarorum in Hungaria non contigit celebrari. In quo prelio de familia regis Kokos filius Stephani dicti Porch[4]), et Stephanus filius Bagen, Ladizlaus filius Thome, Jacobus filius Aladary, Michaelque[5]) filius Gyurke[6]), et Petrus castellanus de Beregh preclari nobiles corruerunt. Gyurke sub vexillo regis vexillarius existens occisus est, quo vexillo cadente[7]), rex sub vexillo cruciferorum pugnauit[8]). Ex parte vero altera Demetrius filius Nicolai et Abba principes exercitus, ac duo fily Omodei mortis iaculo vulnerati prepropere ceciderunt, et aly quamplures[9]) letaliter sauciati (57b) ibidem et alibi mortis debita persoluerunt. Et licet ex parte regis plures ceciderunt[10]), tamen rex victoriam optinuit gloriose; quod factum a deo esse credimus et fatemur. Anno domini millesimo tricentesimo decimo septimo[11]) domina Maria prima consors domini regis nacione Polona filia ducis Kasmeri[12]) tercio die post festum sancte Lucie in Temesuar vite cursum feliciter terminauit, et in Alba regali in ecclesia beate Marie virginis terre gremio commendatur. Anno domini millesimo tricentesimo decimo octauo accepit rex dominam Beatricem filiam regis roma-

---

[1]) Harnad VP. hernald. A. [2]) montis cuiusdam. [3]) obuiam regi. [4]) porth. S. [5]) que. om. [6]) gurche. S. Michael fil. Gurke. VP. [7]) vexillo regis cadente. [8]) sub vex. crucif. rege pugnante. [9]) quamplurimi A. [10]) ceciderint A. [11]) MCCCXV. VP. [12]) Kasmerii.

huius sancti confessoris consanguinei sui Lays pre gaudio appellauit. Anno domini millesimo tricentesimo vicesimo septimo feria quarta ante dominicam ramis palmarum ecclesia beate Virginis de Alba regali, quamuis plumbo tecta fuisset contra incendium, ut superius memini, tamen flebiliter est conbusta, et tota materia plumbea[1]) in laminas producta de tecto eius a facie ignis vehementis fluxit liquide sicut cera, excepto uno campanili, quod est supra sacristiam, ubi sanctorum reliquie quamplurime posite conseruantur: quod nemo dubitet[2]) eorum meritis remansisse. Sed[3]) eandem ecclesiam rex[4]) postea iterum[5]) plumbo texit. Eodem anno in festo sancti Andree apostoli natus est ei filius quem Andream appellauit. Anno domini millesimo tricentesimo vicesimo nono mortuus est Ladizlaus filius eius, et in Alba terre gremio commendatur[6]).

(De ferocitate Feliciani. B.[7])

139. Cum autem hysdem temporibus regnum Hungarie pacis optate tranquillitate gauderet, et securum esset ab hostibus circumquaque, pacis emulus et inuidie seminator diabolus misit in cor cuiusdam militis nomine Feliciani de genere Zaach[8]) (58b) inueterato dierum et canicie iam respersum[9]) ut dominum suum regem Karolum, et dominam Elizabeth reginam et duos filios eius videlicet Lays et Andream occideret gladio una die. Qui Felicianus per Matheum de Trinchinio quondam palatinum fuerat exaltatus. Tandem relicto Matheo venerat ad regem.

---

[1]) plumb. materia. [2]) dubitat. A. VP. [3]) nichilominus. VP. nichil hominis. S. [4]) om. VP. S. [5]) interim S. Sed eandem — — plumbo texit. om. A. [6]) et in Alba — — commendatur. om. VP. A. vero interponit genus et laudes archiepiscopi Strigoniensis Chanadini. Vide Font. II. p. 238. [7]) Post excursum de archiepiscopo Chanadino, subiungit A. „Redeamus unde sermo prius vertit: De Feliciano perfido. [8]) Zaah. [9]) inueterati respersi. B. ceteri cum nostro.

Quem rex regio fauore diligens, securo ingressu regis ianua absque obice sibi patebat. Porro dum rex una[1]) cum regina et filys suis prefatis anno domini millesimo tricentesimo XXX, decimoquinto[2]) kalendas. May feria tercia post octauam Pasce in suburbio castri Vysegrad in domo sua pranderet, ante regis mensam clam subintrando idem Felicianus astitit[3]) et euaginato acutissimo gladio, vehementissimo impetu, more canis rabidi, immisericorditer regem reginam filiosque voluit iugulare. Sed misericordia misericordis dei prohibente, quod voluit non potuit effectui mancipare. Tamen regis manum dexteram leniter[4]) vulnerauit. Sed proch dolor. pyssime[5]) regine dextre[6]) manus quatuor digitos, quos ipsa pauperibus et misserabilibus atque abiectis personis misericorditer in elemosynis extendebat, protinus amputauit. Cum quibus eciam digitis innumerabilibus ecclesys paramenta varia consuebat, et altaribus sacerdotibusque ornamenta de preciosis purpuris transmittebat, et calices indefesse[7]). Cum eciam pueros regios[8]) ibidem astantes vellet occidere, pedagogi puerorum videlicet Nicolaus filius Gyule[9]) de Kenes ich, et Nicolaus filius Johannis palatini se interponentes, euadentibus pueris memoratis letaliter in capite vulnerantur. Tunc Joannes filius Alexandri de comitatu potokensi[10]) bone indolis iuuenis vicedapifer regine tunc existens, in ipsum Felicianum quasi in cruentam bestiam irruit, et cum biccello inter (59a) collum et scapulam fortiter feriendo transfixit, et ad terram deiecit. Hinc et inde postea gladiatores milites regis gladys terribilibus membratim miserum laniantes, quasi quoddam monstrum gladys effecerunt. Caput eiusdem Budam mittitur, manus et pedes alys ciuitatibus destinantur. Denique filius eius unicus

---

1) om. A. 2) quintodecimo. A. 3) euaginauit gladium. add. S. 4) leuiter. 5) sanctissime. A. S. omittit. V. 6) om. A. 7) indefense. S. 8) igitur regios pueros. A. 9) Gyula de Kenesich. 10) potokiensi. B. pothokensi. S.

adolescens, et unus sibi fidelis famulus[1]) fugam capientes euadere minime potuerunt, in caudis equorum vite terminum perceperunt. Quorum omnium cadauera canes in platea cum ossibus corroserunt. (59b) Et dignum quippe erat ut Felicianus, qui multos christicolas membris suis feraliter mutilando priuauerat, ipse membris omnibus iusto dei iudicio priuaretur. Et qui fuerat tortor pauperum indefessus, a communi morte hominum exclusus, morte canina et subitanea moreretur, ut quasi canis cum canibus perciperet porcionem. Filia quoque eius Clara vocabulo, virgo pulcherrima de aula regia extrahitur, et naribus cum labys turpiter mutilatis solum dentibus patefactis, et octo digitis ambarum manuum amputatis, pollicibus saltem remanentibus, per plurium ciuitatum vicos et plateas perducta in equo semiuiua et misera proclamare compellitur in hec verba: Qui regi infidelis est, per omnia percipiat talionem. Altera insuper filia Feliciani maior, nomine Zeba[2]) cuidam nobili nomine Kopey[3]) matrimonialiter nupta ante castrum Leua iussu Emerici[4]) dicti de Beche familiaris regis[5]) castellani ipsius castri capite detruncatur[6]). Et ipse Kopey in captiuitatis vinculo mortis debitum persoluit[7]). Fily eiusdem insuper in insulam marinam[8]) transportantur, nunquam terram natiuam decetero reuisuri. Multi denique de ipsius genere Feliciani nobiles trucidantur. Sic igitur hic Felicianus infelix lese maiestatis crimen incurrit; turbauit regnum, extinxit semen proprium, suam gentem infamiauit[9]) et perdidit esca canum effectus; solutus a seculo ligatus est in barratro ac sepultus; mundo extitit fabula, et infidelibus disciplina. Tam enorme factum uno die vix creditur accidisse. Huc usque quo istud accidit rex Karolus ventis prosperis nauigauit, et crispancia maris equora[10]) ad votum sulcauit. Sed iam

[1]) famulus fidelis. S. [2]) Sebe nomine. [3]) Kopay. VP. Kupe A. S. [4]) emirici. S. [5]) fam. reg. om. [6]) truncatur. [7]) soluit. [8]) per cruciferos add. A. VP. [9]) infamauit. B. infammauit. VP. [10]) sue fortune. add.

fortuna vertibilis auersa facie valefaciens terga vertit, quia undique bellis insurgentibus sua expedicio vincebatur; pedum eciam ac manuum dolore nimio[1]) torquebatur.

(De pugna regis contra Bazarad voyuodam Vlachorum. B.[2])

140. Nam anno eodem quo Felicianus indigne memorie peryt, videlicet anno domini millesimo tricentesimo tricesimo, cum rex copiosum exercitum congregasset, non tamen totum suum (60a) posse, quia ad confinia regni sui in diuersas expediciones contra aduersarios eiusdem regni quamplurimos destinauerat pugnatores; ipse per Zeurim in mense Septembris transtulit se in terram Bazarad voyuode ulacorum[3]), ad inductionem[4]) Dionysy fily Joanka[5]). Que terra est inhabitabilis genti ignote, et ut de ipsa terra ipsum Bazarad rex expelleret, aut certe terram ipsius uni ipsorum insultancium traderet possidendam; cum tamen ipse princeps censum debitum regie maiestati semper fideliter persoluisset. Cum autem rex Zeurim[6]) et castrum ipsius recepisset Dionysio tradidit memorato omnia cum dignitate banatus. Quo facto Bazarad regi sic mandauit nuncios per honestos: Quia vos domine mi rex laborastis in conuocatione exercitus, laborem vestrum recompensabo, septem millibus marcarum argenti; ipsam eciam Zeurim cum suis attinencys que nunc habetis pre manibus per potenciam, pacifice vobis tradam, insuper censum quo teneor vestre corone fideliter persolui faciam omni anno. Et nichilominus unum ex filys meis vestre curie ad seruiendum deputabo cum meis pecunys et expensis, tantummodo reuertimini in pace vestra, et personarum pericula[7]) precauete, qui si veneritis

---

[1]) nimium. VP. [2]) De bazaarad olacorum bano. A. [3]) uoyauode. S. [4]) Thome voyuode transiluani et Dyonisii. add. VP. A et S. [5]) Jancha. VP. [6]) sceurim. S. Zeuuren. V. [7]) periculis.

ulterius periculum minime euadetis. Quo audito rex[1]) comminando in tale verbum prorupit nuncys[2]) dicens: Sic dicite Bazarad[3]); ipse est pastor ouium mearum, de suis latibulis per barbas suas extraham. Tunc quidam fidelis baro Donch nomine comes de Zolio et de Lipto[4]) sic ait regi: Domine cum magna humilitate vobis et ad honorem vestrum ipse Bazarad[5]) loquitur; idcirco regie benignitatis fauorem et plenam dilectionem gracie sibi velitis per vestras literas remandare. Tunc rex verbum[6]) asperioris comminationis superius positum iterauit; relicto consilio saniori protinus ultra pugnaturus processit. Et cum suis et sibi[7]) in terra ignota inter alpes et montes siluarum victualia inuenire nequirent[8]), famis inedia ipse rex, milites et equi sui laborare protinus inceperunt[9]). (60b) Quo facto treuga ordinata cum Bazarad, et data fide, ut ipse regi pareret, et securitatem regi cum suis omnibus redeundi preberet, et iter rectum ostenderet; rex reuertebatur securus, confidens de fide perfidi scismatici. Venit in quandam viam cum toto exercitu, que via erat in circuitu et in utraque parte ripis preeminentibns circumclusa, et ante, unde erat dicta via patencior, indaginibus in pluribus locis fortiter fuerat circumsepta per ulachos. Rex autem ipse et sui omnes nichil tale quid penitus opinantes, in ripis undique ulachorum multitudo innumerabilis superius discurrendo iacula iacientes super regis exercitum, qui erat in fundo depresse vie, que via nec dici potest[10]), sed quasi nauis stricta. Ubi propter pressuram cadebant dextrary fortissimi cum militibus circumquaque; quia nec ad ripas utriusque lateris vie propter precipicium ascendere poterant contra ulachos, nec ultra procedere, nec fuge locum habebant propter indagines ibi factas, sed

---

[1]) elata mente add. A. VP. [2]) sic. add. [3]) Wazarad. V. [4]) Liptou. VP. Liptouia. V. [5]) Bazaraad. S. [6]) superbie et comminationis A. VP. [7]) sibi et suis. [8]) nequiret. B. [9]) ceperunt. VP. S. [10]) nec dici via potest. S. nec via dici pot. VP. A.

erant omnino sicut pisces in gurgustrio[1]) vel in rete comprehensi. Cadebant iuuenes et senes, principes et potentes sine delectu. Durauit quippe sic iste miserabilis euentus a sexta feria, usque ad secundam feriam; in quibus diebus collidebantur inuicem milites electi, sicut in cunis mouentur et agitantur infantes, vel sicut arundines que a vento mouentur. Facta autem est ibi strages maxima, et cecidit principum et militum incomputabilis[2]), multitudo feria sexta in vigilia beati[3]) Martini, et post in sequenti feria secunda[4]). Quorum quidem miserabilem euentum iuuenes et senes, domine cum ancillis in castro Themesuar, quod idem rex fundasse perhibetur, deplanxerunt, et conturbata est illo die et hora felix Pannonia. Proch dolor propinauit illis amaritudinem, cuius memoria flebilis est. Nam ibi[5]) occubuerunt tres prepositi, Andreas prepositus ecclesie Albensis[6]), vir valde venerabilis, vicecancellarius regie maiestatis existens, cum sigillo regis peryt. Item Michael prepositus de Posoga[7]) et Nicolaus prepositus de Alba transiluana. Item Andre(61a)as plebanus de Sarus, et Frater Petrus de ordine predicatorum vir honestus dire mortis poculum acceperunt, quia in cerebra capitum eorum ligneos clauos miserabiliter affixerunt[8]). Quidam eciam sacerdotes qui erant capellani regis, sunt occisi. Cumanorum denique corruit inestimabilis[9]) et plurima[10]) multitudo. Cadauera enim omnium tam virorum ecclesiasticorum[11]) nobilium in loco certaminis ibidem tempus ressurrectionis generalis expectant. Nec cari eorum potuerunt suos dilectos propter hostium incursus aliquatenus rehabere. Tulerunt enim ulachi multos captiuos tam vulneratos quam illesos, et acceperunt plurima arma, vestesque preciosas[12]) omnium elisorum, pecuniamque in

---

1) gurgustio. 2) incomparabilis. A. 3) sancti. S. 4) feria secunda om. VP. Quae sequuntur: quorum — — flebilis est" desunt in VP. A. S. 5) Ibi etiam occub. 6) albensis eccl. 7) posaka. A. 8) afflixerunt. S. 9) inestimab. corr. A. 10) om. 11) quam laicorum. add. 12) pretiosissimas. S.

auro et argento, et vasa preciosa et balteos[1]) multaque marsubia grossorum[2]) et florenorum[3]) ac equos multos cum sellis et frenis; que omnia portauerunt et tradiderunt ipsi Bazarad uayuode[4]). Rex autem mutauerat armorum suorum insignia, quibus induerat Deseu filium Dionysy, quem putantes esse regem crudeliter occiderunt. Rex vero ipse cum paucis per tuicionem suorum aliquorum fidelium vix euasit. Stabant enim in circuitu eius quasi muri lapidei magister Donch cum Ladizlao filio suo, et cum militibus alys de familia regis, et magister Martinus filius Berend, qui omnes ictus gladiorum et sagittarum super se recipiebant, velut ymbres pluuiarum, ut regis vita a mortis impetu seruaretur. Cadebant eciam in circuitu exercitus[5]) de canina multitudine ulachorum quasi musce, que perdiderunt suauitatem unguenti, cum christianum populum et unctos Christi sacerdotes immisericorditer percusserunt. Quorum undique[6]) ulachorum numerum ibi per hungaros occisorum, subtilis solummodo infernalis compotista collegit. Rex autem cum tali euentu venit ad Themesuar, et sine mora venit deinde ad Vysegrad[7]). Porro cum hungari fortissima et durissima prelia ubique gessissent, istud eisdem accidit, ne propter victoriam frequentem superbirent; vel certe post superbiam precedentem corriperentur: ut humilitatem discerent et docerent, quatenus[8]) diuine (61b) dilectionis graciam per paterne correpcionis flagella uberius[9]) mererentur. Quia illos[10]) corrigit[11]) deus pater, quos diligit.

141. Anno domini millesimo tricentesimo tricesimo secundo, in festo sancti Stephani regis, habuit rex filium, quem Stephanum nuncupauit.

---

[1]) in vasis pretiosis et baltheis. [2]) et multa marsupia latorum grossorum. [3]) om. [4]) voyuode. B. VP. voyuade. A. [5]) undique. add. [6]) om. omnes. [7]) Rex autem c. tali euen. venit in Vyssegrad. VP. S. ad Vysagrad. A. [8]) hic desinit Codex VP. in media linea. [9]) impressius. A. S. [10]) om. B. [11]) corripit. A. S.

142. Anno domini millesimo tricentesimo tricesimo tercio egressus est rex de Vysegrad cum Andrea filio suo puero sex annorum in mense July, et perrexit cum bona comitiua militum per Zagrabiam ultra mare, ut filium suum per voluntatem summi pontificis, domini scilicet Joannis XXII[1]) et ad instanciam et peticionem inclitissimi regis Roberti[2]), regis Sicilie, regnique eiusdem[3]) coronaret in regem. In cuius regis comitiua[4]) societate profecti sunt Chanadinus archiepiscopus Strigoniensis, Andreas episcopus Varadiensis, et Jacobus Longobardus[5]) phisicus episcopus Chanadiensis[6]) et magister Donch supra nominatus[7]), et aly nobiles plurimi de regno. Qui rex redyt cum sospitate mense Marcy, et cum sanitate omnium suorum, qui ipsum fuerant comitati. Filium autem suum ibidem reliquit, non tamen coronatum sicut optabat[8]) sed sub tutamine et protectione regis Roberti patruelis sui. Qui rex Robertus erat rex regni Sicilie vir magne sciencie et sanctitatis, sed decrepitus iam etate, volebat renunciare seculo et regie dignitati, ut contemplacioni vacaret, et puer in regnum succederet memoratus[9]). Sed interdum alciori usus consilio noluit descendere de culmine dum uiueret regie maiestatis[10]). Post mortem vero eius recipiat coronam regni puer de iure sibi succedens; quia heredem non habuit rex Robertus, mortis debito prepopere obediuit[11]).

143. Anno domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto circa festum sancti Martini Johannes rex bohemorum cum Karolo filio suo, et rex Polonorum venerunt ad regem Karolum (62a) in Hungariam ad castrum Vysegrad

[1]) XXXII. Codex. [2]) Sic etiam B. et V. sed paulo aliter: „ad peticionem regni Sicilie". A. et S. [3]) regis — — eiusdem om. A. S. [4]) et. add. [5]) lumbardus. S. lombardus. A. [6]) Cuhanadiensis. S. [7]) dictus. [8]) aptabat. Cod. [9]) p. succederet memoratus in regnum. A. S. [10]) de culm. regie maiestatis dum uiueret. A. S. [11]) hic desinit chronicon Vaticanum. Explicit Cronica hungarorum. Codex vero Sambuci haec habet: „Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo XVII. kal. Aug. feria tercia in uisse-

pro perpetue pacis concordia componenda; quod et factum est. Omni die enim ad prandium regis bohemorum ex magnificencia regis Hungarie expendebantur duo millia et quingenti panes, et de cibis regalibus copiose. Pabulum eciam equis suis per singulos dies vigintiquinque garlete. Ad prandium vero regis Polonorum mille et quingenti panes, de cibarys eciam habundanter. De vino autem expense sunt centum et octoginta tunelle. Remunerauit autem rex Ungarie regem bohemorum diuersis et preciosis clenodys; videlicet quinquaginta vasis argenteis, duabus pharetris, duobus balteis, et una tabula pro scacis mirabili; duabus sellis inestimabilis precy, uno biccello valente ducentas marcas argenti, et una concha margaritarum mirabili opere composita. Item rex Polonie erat regi bohemorum censualis, et quia rex Hungarie habebat sororem regis Polonie in uxorem; dedit ei rex Hungarie idem Karolus ad redimendum eum regem de solucione censuali regi bohemorum quingentas marcas auri purissimi. Et ibi ordinatum est, ut quemque ipsorum regum vel regna eorum hostis inuaderet aliquis, ceteri debeant in sui adiutorium et iuuamen festinare. Et istud fuit confirmatum inter eos magno federe iuramenti.

(Incidentia. B.)

144. Anno domini millesimo tricentesimo (tricesimo) octauo, circa festum apostolorum Petri et Pauli, dominus Lothka dux ruthenorum venit in Vysegrad cum electo populo militum suorum, ad regem Karolum Hungarie promittens ei omnis amicicie incrementum.

---

grad anno XXXII regni sui rex Karulus est uiam uniuerse carnis ingressus et sequenti feria VIa XIIII kl. eiusdem mensis in Alba regali deuotissime tumulatur. Tercio uero die scil. die dominica XII. kl. supradicti mensis filius eius Lodouicus decimo septimo anno uite sue feliciter coronatur. F i n i s. A m e n. D e o g r a t i a s. Eadem subiungit paulo prolixius Codex A. vide Font. Vol. II. p. 245. nec ultra progreditur.

(Incidentia.)

145. Anno domini millesimo tricentesimo tricesimo nono Kazmerus rex Polonie in mense July venit in Vysegrad ad Karolum regem Hungarie cum episcopis et baronibus regni sui, et de consensu et voluntate omnium illorum, regnum Polonie libere resignauit domino Ludovico filio regis Karoli (62b) filio sororis sue, eo quod non haberet filium. Et ad hoc confecerunt euidens instrumentum.

(Incidentia.)

146. Anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo, tribus annis subsequentibus, videlicet quadragesimo primo, et quadragesimo secundo infinita multitudo locustarum ingressa est per Syrimiam[1]) in omnem partem Hungarie regni[2]) transiens turmatim volitando et gradiendo in terra, super omnia virencia in arboribus segetibusque ac graminibus potestatem accipiens, preter folia vinearum. Post triennium autem in circumiacencia regna, scilicet Polonie, Bohemie et Austrie recedentes se diuiserunt usque ad Italiam et Franciam, et sic morte perierunt.

(De morte regis Karoli.)

147. Heu me quia huius mundi decus et gloria a primeuo temporis spacio nunquam in uno statu permanens, sed semper variando versaliter atque caduce se protendens in nichilum, tamquam aqua (63a) decurrens incedit. Nam omnia que a terre gremio usque circumferencias celi ambitu orbis continentur, dilabuntur in terram, et quia nec ulli mors, impia parcendo, nullaque pacis tramite simulando miseretur, cadit vita humana pre timore ipsius dum stare putatur, quasi flos, et protinus aret. O

[1]) Syrmiam. B. [2]) regni Hung.

mors que per excessus delictorum veteris parentis prothoplasti, morsu pomi noxialis, dyabolice fraudis instigante nequicia preconcepta, serpentino veneno virus iniquitatis infundens, inferendo in orbem terre filios eiusdem prothoplasti, impauida non timens neque verens, dolo fraudis repleta diripiendo ac deuorando, intrandi semitas primitus queritasti. Mirum est quod tanta gulositate insaciabili, rapacitate latrocinali cadauera mortuorum degluciendo non saciaberis. Et cur de corpore fetidissimo mortuorum, quam viuorum congaudendo gratularis? Non enim ad domum conuiuy et cuiuslibet solemnitatis festum, sed ad locum luctus plus festinas temere properare. Neque casas pauperum, neque aulas seu atria regum, nullo nuncio mediante adire formidas. Necnon coniugatos ex vera dilectione matrimoniali inuicem copulatos, diuorcionis vinculo innodare non pauescis, filium a patre, patrem a filio separando. Nonne amaram duram crudelem et impiam te fore ostendebas, dum anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo secundo, sequenti die Diuisionis apostolorum, decimo septimo kalendas Augusti castrum fortissimum inestimabilis altitudinis, et muros eiusdem inexpugnabiles, cui nec vis nec potencia huius mundi poterat quoquomodo dominari, tue vulpine dolositatis astucia clandestine inuisibiliter introire non expauens et ibidem hostilitatis arma potentissimi principis domini Karoli dei gracia regis Hungarie, cuius potencie, altissimo taliter disponente Dalmacia Croacia Rama Seruia Gallicia Lodomeria Cumania Bulgaria totaque Hungaria Salernaque ac Mous sancti Angeli, et alia regna, puta: Bohemiense[1]) (62b) circumquaque adiacencia trepidando abhorrebant, imminere non metuens, ipsumque quadraginta duobus annis, et non pluribus vite comitem regnare permisisti, sed acriter tua dolositate consueta de medio regnicolarum, manifeste cernentibus felicissime recordacionis pium regem nostrum

[1]) Austriense. add. B.

famosissimum ac potentissimum, non gazis ac preciosis vestimentis, gemmis et preciosis, splendidis margaritis adornatis, auro et argento desuper contextis; sed spiritu viuificato spoliando subtraxisti, et ipsius splendentes honores in nichilum in terram humando obumbrasti. Nouissime vero videntes ipsum regnicole esse pium ac exaltatum sicut cedrum Libani, transeuntibus et querentibus eum suis regnicolis, et ecce non erat. Quapropter tuum grande factum nepharium, omnibus re vera dilectissimis catholice fidei cultoribus, pariter fidelitati semitarum adherentibus, pium ut ipsum dominum Karolum oporteat flere, et ipsius obitum proch dolor lamentabiliter condolere. O quantus fletus, quanta lamenta prelatorum procerum baronum nobilium virginum dominarum, et cuiusuis status et condicionis hominum, specialiterque domine Elizabeth serenissime regine, carissime consortis eiusdem, et domini Ludouici nunc regis, ac Stephani ducis, filiorum suorum ploratus eiulatus et ululatus prorupit, in diem decessus eius ministrarunt. O quis considerasset et considerare antea premeditando debuisset, quod tam ineffabile gaudium et hilaritas vultus serenissime domine regine, tam crudeliter asperitate lacrimarum sic iam[1]) mutatus, et riuulis gurgitum ad instar aquarum ab oculis eiusdem usque ad terram a tempore obitus ipsius incessanter currentibus humefactus, ac organica vox clamoris et gemitus eiusdem item suorum regnicolarum ad orbis celi sumpmitatem peruenienendo, ethera, quasi eidem compaciendo, imo sol sui optimi coloris radios plurimum videbatur obfuscare. Tandemque die sequenti ob preceptum dicte domine regine archiepiscopis episcopis prelatis baronibus presbiteris fratribus clericis, omnibus (64a) simul conuenientibus lacrimabiliter processiue pergentibus, quorum preexcellens multitudo lacrimarum ut dictum est amarificata, ad dictum castrum adeuntes et preciosissimum caput ipsius iuxta

[1]) etiam.

decenciam regni sui honoris corona aurea, corpusque ipsius splendidissimum tunica scarletina, ac eciam caligis sotularibus gemmis preciosissimis contextis, et desuper calcaria aurea, pulcherrimis pedibus sue excellencie annectendo induentes, de predicto castro inexpugnabili in ecclesiam parochialem Virginis gloriose in Vysegrad ciuitate constructam planctu magno deferendo. Planxitque eum uniuersus populus ciuitatis planctu magno valde. Peractis autem ibidem diuinis institucionibus et missarum solemnys, corpus ipsum super chymbam per decursus aque danubialis, in ciuitatem famosissimam Budam videlicet est delatum. Antecedebat autem flebiliter ipsam multitudinem prelatorum baronum, in regnicolarum vexillo triumphali, miles famosissimus atque manu fortis Laurencius Sclauus, cuius intererat tempore vite ipsius domini regis, ex officio eidem incumbenti, vexilla regia ferre loco opportuno. Ubi omnes ciues dicte ciuitatis famosissime, sacerdotes et clerici ac viri religiosi, ipsamque inhabitantes aly processiue pergentes condolendo, oculis lacrimantibus, vestimenta lugubria portantes, obuiam ipsius corpori usque ad Danubium processerunt. Et dum in dictam ciuitatem adduxissent, supra corpus ipsius cantica psallere, et alia diuina officia ut mos est pro expiratis eorundem, per totam noctem preces offerre cantando non cessant sumpmo creatori. Tercio namque die obitus ipsius in eadem ciuitate medio temporis spacio, quousque diuina officia vel mysteria incepta, et missarum solenmitates more debito peragerentur; tres solemnes dextrary ipsius domini regis Karoli, suis fallerati purpureis coperimentis, super quos milites strenui, armis eiusdem domini regis induti, ante fores ecclesie stantes, quorum quidem militum, super uno ipsorum dextrariorum, cum armis tornamentalibus regie excellencie (64b) competentis; et alter ad hastiludium aptus, terciusque dextrariorum preciosior existens, cum armis bellicis, ad intrandum eciam exercitus pro regia maiestate competentis. Quorum quidem trium militum dictos tres dextrarios consedencium signa in galeis forma strucionis auis cum co-

ronis aureis circumdatis, que per ipsum dominum regem vita sibi comite haberi et ferri consueuerant, habebantur. Uniuersa namque ferramenta streparum et habenarum seu rudibularum, et alia eidem spectancia de argento aurato iuxta decenciam regie excellencie fabricata existebant, corrigiarumque cinguli et frena ac similia alia, cum antenis et postenis serice substancie contexta fuerant. Nobilissimis namque picturis purpureis, gemmis et lapidibus preciosissimis dicti trini dextrary et milites in persona et spiritu eiusdem domini regis, super ipsis dextrarys tegebantur. Quos, ut dum cuiuscunque condicionis homines aspiciebant transeundo, et dicta signa regalia intuebantur, eo quod idem dominus rex hactenus imperium regni Hungarie, habitis premissis signis et dextrarys feliciter gubernauerit; mox prorumpebant in fletus, et validissimis ethera ululatibus propulsantes. Peractis tandem diuinis institucionibus, et missarum solemnitatibus, non more aliorum quorundam regum dudum defunctorum, quos felicissime recordacionis, scripture aliarum epistolarum venerabilis commendat auctoritas; non velata facie, nec corpore eius alicuius diei spacio celato, prout abusiua consuetudo alys vicibus quorundam regum funeribus perhibetur astruxisse: sed manifeste omnibus presentibus facie ad faciem manifeste cernentibus, ad Albensem ciuitatem deferebatur dictum corpus tumulandum. In deferendo autem corpus ipsius ad quamcunque mansionis villam deueniebat, omnes homines tam viri quam eciam mulieres, lacrimarum fletu condolentes, clamore maximo in amaritudinem conuersi, ethera propulsando resonabant. Dumque Albensem ciuitatem dictum corpus perueniret nitidissimum, modo quo superius allegatur, prelati presbyteri clerici alyque regnicole ac ciues dicte ciuitatis extra ciuitatem celeriter pergentes, ipsumque corpus, viuificato spiritu spoliatum amarissime circumspicientes, in in(65a)enarrabiles fletus se eo viso prorumpentes, illud intra ciuitatem detulerunt. Illi quoque sacerdotes et clerici per totam noctem ympnos et

psalmos deo decantantes, in vigilys pausando deduxerunt noctis prolixitatem. Dieque lucescente inceptis diuinis et missarum solemnitatibus, quousque diuina misteria incepta, et missarum solemnitates more debito eodem die peragerentur, antedicti trini dextrary ipsius domini regis, modo premisso falerati, purpureisque coperimentis decorati, super quos prefati milites strenui arma eiusdem domini regis induentes, ante fores ipsius monastery, ut est premissum steterunt perdurantes. Et demum eisdem digne completis consumatisque in eodem die celebrari debentibus, in sumpmo[1]) monasterio, ubi sanctissimi regis Stephani et Emerici ducis fily sui sanctissima corpora diuersis coruscancia virtutibus et miraculis in domino feliciter requiescunt, et sumpma pietatis opera ipsa benigne implorantibus misericorditer partiuntur; iuxta altare magnum in vestimento regali ad hoc sibi debito, per predictos enarratos dominos archiepiscopos episcopos prelatos et abbates sacris vestimentis indutos extitit tumulatum. Et omnes unanimiter planxerunt eum, simul in unum diues et pauper in tantum, ut marmorei lapides densitate lacrimarum plurimum fuerant humefacti. Tunc enim tam maximo clamore gemebundi omnium circumstancium fauces rauce facte sunt, oculique ipsorum pre tantis lacrimis visibus naturalibus fere defecerunt. Ubi eciam venerabilis in Christo pater dominus Chanadinus Strigoniensis archiepiscopus, de obitu ipsius domini regis, salubri ac pio sermone intentos animos et pia corda circumstancium liniuit condecenter. Cuius quidem lacrimositatis inenumerabilis mesticie pretextu creditur eos, qui reges tumulari non conspexerunt, de acerbitate doloris, instillacioneque lacrimarum, quasi imparticipes et inscios fore et extare. Attamen nimirum, quod omnes creature carne et pelle vestite, ut est pretactum, per lapsum veteris parentis prothoplasti, in culpam sint morituri. Nam in omnem posteritatem moriendi legem

---

[1]) supremo.

condidisse videtur generalem et incommutabilem, adeo ut altissimus proprio filio suo, licet (65b) deitate vestito parcere noluit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Non igitur quisque indignando creatori, propter factum mortis ineuitabile et incommutabile, potest obuiare; et quod non est sapiencia neque prudencia, neque fortitudo neque consilium contra dominum, sed potius ferendus est grauis euentus necis pacienter, quia quod donauerat dominus accepit, et in die illa surrecturum in ipso. Tunc ibidem predictum supremum monasterium cum alys ecclesys innumerabilibus, muneribus regalibus, et oblacionum maximis quantitatibus extitit donando remuneratum. Et tandem antedicti trini dextrary solemnes cum armis et coperimentis omnibus ipsorum gloriosissimis, seu attinencys, cum sartaneo curru seu mobili aut oscilatorio regnali, signo regio desuper forma auis strucionis deaurato et gemmis adornato, cum septenis nodulis globaribus argenteis, et similiter deauratis, ob planctus memoriam ineffabilis, et luctus amaritudinem iam dicti domini regis, in posterum semper in memoriam reuocandi, cum innumerabilibus supradictarum quantitatum pecunys, dicto monasterio dati et concessi extiterunt. Cuius quidem donacionis et oblacionis maxima quantitas ibidem die tumulacionis facta data et concessa in presenti scriptura seriatim non ponitur, ne calamis scribencium pariterque legentibus fastidium multiplicacionis generaret sua prolixitate.

148. Deinde vero potentissimi regis obitum famosissimum rex Kazmerus Polonie proximus eiusdem, et marchio Morauie in Vysegrad venientes, condolenti animo celebrauerunt. Demumque triginta diebus completis quarta feria proxima ante festum Assumpcionis Virginis gloriose tricesimum diem ipsius regis Karoli cum magna solemnitate missarum, altissimo domino omnium creatori, velut superius extitit enarratum, prelati, episcopi cum baronibus quampluribus Albam, ubi corpus ipsius domini regis Karoli solemniter in domino requiescens extiterat tumulatum,

accedentes, ibique Albe et in Vysegradiensi ciuitate, domina regina cum filio suo Lodouico tunc rege coronato sibi predilecto, alysque prelatis episcopis presbyteris baronibus et plurimis Christi fidelibus, funeris obsequias deuotissime (66a) celebrarunt. Et tocius regni uniuersales eciam in toto regno diffuse, eodem solemnitatis voto et missarum solemnitatibus, dictum officium celebrantes compleuerunt. Inploranda ergo est unanimi consensu clemencia dei omnipotentis, pro eodem domino rege Karolo, ut cum anima ipsius clementer dispenset, eidem indulgendo, et in numerum ipsius animam ac cetum sanctorum confessorum omnium ac regum Stephani et Ladizlai dignetur collocare; et prout quod in presenti seculo regali triumpho vixerit, ita etiam in futuro seculo cum angelis valeat exultare.

Epitafium regis Karoli magni.[1])

Supreme rex Christe finis hominis extitit in te
Ergo propicius sis nobis omnibus unus.
Tolle peccatum nostrum deleque reatum
Et Karoli regis qui cessit mensibus istis
Augusto primo cum sol versatur in cancro
Sequenti festo quod est Diuisio, primo
Atque die numerum compleuit anima notum.
Quod pepigit quisque rex princeps rusticus vere
Tenetur, modico hoc corpus tempore dico.
Non maius longum spacium trium quam dierum;
Sic feria sexta dominus sepelitur in umbra.
Suscepimusque deus! regnum cepit Lodouicus.
Anno milleno trecenteno fore noto
Ita completo finit hic quadragintaque secundo.
Asilum suum scit rex supremus quoque regum.

---

[1]) Metra de morte Karoli regis. B.

(De coronacione exercitibus multis et de vita et morte regis Lodouici filii regis Karoli.)

149. (66a) Mortuo tumulatoque glorioso principe domino Karolo rege Hungarie, dux Lodouicus filius eius sequenti die dominico proximo, in urbe Albe regalis, de magnatum procerum baronum militum ac communitatis nobilium regni Hungarie voluntate unanimi, et fauore precedente, presentibus domina Elizabeth matre eius regina Hungarie ac domino Thoma uayuoda[1]) Transsiluano, Dominico Villermo palatino, ceterisque iam dictis baronibus ac regni nobilibus uniuersis congregatis, per dominum Chanadinum archiepiscopum Strigoniensem, astantibus sibi dominis episcopis, scilicet Nicolao Agriensi, Ladislao Quinqueecclesiensi, Petro Syrimiensi[2]) Fratre Vito Nitriensi, et Laurencio Boznensi cum solemnitate magna et gloria corona sancti regis Stephani coronatus est. Et cum eidem genitori suo in regni solio iure nature debito successisset, ac in iuuenili flore regnare incepisset, natiuitatem iuuentuti preferens, crescendo bone indolis iuuenis, discrecionis rationem amplexatus fuisset, magno virtutum creuit augmento. Reminiscens quia multi viri fortes pro patria sanguinem suum fundendum esse (67a) dixerunt, nec fundere dubitauerunt, quo gloriam eciam apud posteros post mortem haberent: cogitare cepit, et in animo discutere, quomodo et qualiter iura regni sui, per confines vicinos et principes occupata, ac per rebelles seu infideles de regno temeraria presumpcione in preiudicium sacre corone distracta et usurpata ad statum debitum diuino fretus auxilio reuocaret, et eciam reintegraret.

[1]) voyuoda. [2]) Syrmiensi.

(De primo exercitu regis contra Saxones partis Transsiluanie.)

150. Interea accidit, quod quedam gens saxon in eius regno in partibus Transsiluanie quasdam comr ciones fecissent, et censum consuetum ac iura regε soluere denegassent, copioso moto exercitu, idem rex c suis baronibus militibus nobilibus et regnicolis, ad con rendam ipsorum proteruiam personaliter accessit, et refrenatis, ac ad obedienciam reductis laudabiliter triu phando remeauit.

(De obediencia Alexandri voyvode transalpini.)

151. Cum autem esset in partibus memoratis, q dam princeps seu baro potentissimus Alexander uayuc transalpinus dicioni eiusdem subiectus, qui tempore p dicti Karoli regis patris sui a via fidelitatis diuerter rebellauerat, et per multa tempora in rebellione permε serat, audita pietatis ac eciam potestatis eiusdem re Lodouici fama, ad ipsum sponte personaliter veniens ci confinia ipsarum partium ad pedes regie maiestatis hu tenus est prostratus, et ad obedienciam et fidelitatem c bitam reductus et integratus. Solemnia munera et clenoc presentando, et suum dominium sub sacra corona rec gnoscendo, cum gaudio et leticia ad propria remeauit, ab illo tempore fidelitatem conseruauit.

(De peregrinacione regine Elizabeth.)

152. Rex autem Andreas in Apulia nondum r gnabat. Domina igitur Elizabeth regina Hungarie, ma regum predictorum, post mortem regis Karoli, habens c uocionem visitandi sanctorum reliquias, et apostolor (67b) Petri et Pauli honorandi limina; quam non retra femineus sexus, nec terruit prolixus labor itineris, n

timorem incussit ei multiplex maris periculum; sed virili animo fulcita ac diuino presidio rapta, celestique desiderio incensa, de Vysegrad in festo beatissime Trinitatis anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo tercio iter arripuit versus Italiam, cum honesta familia et multitudine dominarum et nobilium puellarum, baronum militum et clientum, cum multo et magno apparatu, iuxta munificenciam regiam iuit et processit habens secum pro expensa viginti septem millia marcarum purissimi auri. Dominus autem Lodouicus rex Hungarie filius suus misit post eam quatuor millia marcarum auri electi. Habuit eciam secum de florenis fere cum media garleta, de denarys vero paruis usque ad exitum regni multum. Cui regine eciam Veneti honestum valde et utile seruicium prebuerunt; nam cum duabus galeis proprys sumptibus in toto transitu maris dicte domine diligencius famulati sunt. Transito autem mari multum pacifice peruenit in Apuliam. Cui obuiauit rex Andreas filius suus, cum consorte sua domina Johanna regina, et dominam Elizabeth reginam, cum magno solemnitate et gloria receperunt, et ita Neapolim cunctis gaudentibus in vigilia sancti Jacobi apostoli perduxerunt. Cum igitur Neapoli hec regina resideret, ducto consilio ad (68a) apostolicam sedem solemnes nuncios Nicolaum scilicet palatinum, Paulum comitem curie regie, Thomam rufum, Fratrem Vitum episcopum Nitriensem, Thomam filium Petri, necnon et archiepiscopum Beneuentanum, ac alios quamplures nobiles destinauit ut dominus apostolicus sua benedictione dominum Andream regem faceret corona regia decorari. Interea domina Elizabeth regina volens conceptam deuocionem ad deum et ad sanctos effectui mancipare, ad visitanda beatorum Petri et Pauli apostolorum limina, in festo Exaltacionis sancte crucis de Neapoli egressa cum tota familia, et archiepiscopo Neapolitano, ac pluribus nobilibus de Apulia aggreditur versus Romam. Transiebat autem per cinitates et castella cum magna tranquillitate et pace, nulli suo cuique violenciam

seu iniuriam inferentes. Audientes autem terrigene reginam Elizabeth virtutibus, morum honestate, et deuocione continua ut sydus prefulgidum radiare, ac suos cum omni modestia pertransire, currebant in vicos et plateas ad ipsam aspiciendam et diligencius intuendam, et videntes eam, cum admiracione et gaudio, deum unanimiter collaudabant, quod tam nobilis domina et tam illustris regina, relicto regno et domo venit a finibus mundi tamquam regina Sabba[1]), ad querendam et promerendam clemenciam Saluatoris. Cum autem Romam in terra[2]) paucos dies feliciter peruenisset, commota est uniuersa ciuitas in eius aduentu. Illi eciam de Columpna ex una parte Tiberis, et Ursini ex alia parte receperunt reginam cum maximo honore. Vulgus autem reliquum ac populares magni et parui, mulieres et puelle currebant ubi transiebat regina, et alta voce clamabant: Vivat regina Hungarie. Et resonabat terra in voces eorum; et propter rem alias insolitam, videbant omnes populi communiter ex aspectu eius quendam spiritualem iubilum reportare. Perueniens autem ante fores ecclesie beati Petri apostoli, totum collegium romanum recepit reginam processionaliter, cum magna gloria et honore. Obtulit denique ad altare beati Petri apostoli et ad reliquias solemnia munera in calicibus ornamentis insignibus et florenis iuxta magnificenciam regi(68b)nalem. Multa eciam monasteria ecclesias, et sanctorum limina visitauit, que largis donaiys et offertorys honorauit. Imaginem eciam Christi seu Veronicam, bis per scalam ascendendo permissa est clarius visitare. Ad quam cum deuocione accedens summo honore et humiliter adorauit. His itaque gestis atque perfectis valefaciens infra octauas sancti Francisci reuersa est Neapolim cum exultatione et gaudio. Sua enim deuocio cunctis claruit in exemplum. Cum igitur hec regina in Neapoli resideret, et vidisset nurum suam dominam Johannam superbam et ambiciosam,

[1]) Saba. [2]) inter.

nis regalis ad dominum regem penitus pertinebat laborantes, tamen nichil de negocys confecerunt. Et quia non poterant ut volebant antedicti nuncy eorum ambasiata per viam iusticie terminari[1]), scientes quod munera et dona alliciunt eciam animos sapientum; ignorantibus domino Lodouico et domina regina matre eius spoponderunt dare, se iuramento firmius constrigentes, ad cameram domini pape quadraginta quatuor millia marcarum, ut promeretur[2]) rex Andreas regni Sicilie gubernacula possidere. Currente autem hac relacione, in Hungariam ad dominum regem et dominam reginam peruenit hoc pactum. Qui hoc percipientes non modicum turbabantur, quia ius regni, quod ad ipsos secumdum deum et iusticiam pertinebat, sibi per pecuniam vendicarent; sed ne malignis et peruersis hominibus daretur occasio et materia iniuste eos in aliquo iudicandi, et nichilominus detrahendi, quod ad regium honorem per auariciam et cupiditatem impenderent; solucionem antedicte pecunie fieri permiserunt, ne eciam nuncy crimine mendacy notarentur. Cucurrerunt igitur exactores ad omnes comitatus et villas regias et reginales per totum regni circulum, predictam pecuniam ex integro exegerunt, et exactam per certos nuncios ad camaram[3]) domini pape Clementis sexti fideliter transmiserunt, sperantes firmiter de coronacione regis Andree sine dilacione, promissionis fieri complementum. Occupatis autem sepedictis nuncys in Auenione circa causam eis commissam determinandam, interim dominus Lodouicus inclitus rex Hungarie decenti comitiua anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto transiuit in Bohemiam[4]) ad socerum suum, cuius filiam iam acceperat nomine Margaretam, et ducto consilio cum rege bohemorum antiquo et dicto socero suo predicti regis filio, congregauerunt miliciam fortem et validam, et circa festum beate Marie

---

[1]) terminare. [2]) permitteretur. Turocius. [3]) cameram. [4]) Turóci Poloniam et polonorum habet.

virginis (69b) transierunt pelagus super glacies uno die naturali contra Lithuanos paganos, volentes eorum terram igne et gladio deuastare. Sed flante austro dissoluebatur glacies, et ex mora illis periculum imminebat: ideo quam citius recesserunt, et sine fructu vacui redierunt.[1])

154. Postquam autem dominus rex Lodouicus reuersus fuerat de lythuanis prestolabatur pro domino rege Andrea fratre suo fraterno amore coronam regni Sicilie per sedem apostolicam adepturum, et ipsum in proximo ad maiestatem regiam subiecturum. Sed proch dolor, expectauimus pacem et non venit, quesiuimus tempus curacionis et ecce turbacio. Johanna enim uxor regis Andree superba erat nimis, et inuida quia superba. Ideo in regno sibi equalem vel superiorem pati nolebat, et ita regem Andream a corona impediebat. Et quia inuida ideo fellicida, et honori mariti sui in felle amaritudinis posita inuidebat. O feminarum iniquissima, de beneficys dei ingratissima, persecutrix innocentis nequissima, contra deum cervicosa, contra proximum maliciosa, contra suam animam criminosa, (70a) contra communem morem odiosa, contra militatem faustuosa. O uas iniquitatis et malicie, o fax et ignis iracundie, o pondus magne contumelie, quantum malum suscitasti, quantum crimen commisisti. Totam ecclesiam dei tuo scandalo denigrasti. Vide considera et pondera quid fecisti, quantum scelus commisisti. Maritum et dominum tuum interemisti, caput tuum intriuisti, gloriam tuam obfuscasti, lese maiestatis crimen incurristi, iuuenem nobilem et illustrem, utpote filium regis occidisti, iustum et innocentem iugulasti, de iure regnaturum interfecisti, fratricidium commisisti. Hec omnia tam stupenda mala non erubescens perpetrasti, magis impia Jezabele, crudelior Medea interfectrice. O optime iuuenis rex Andrea, o etas gratissima, o proles dignissima, o generacio nobilissima; non in magna via occidisti, sed sicut solent iusti coram filys iniquitatis cadere, corruisti. Digne igitur de te pro

[1]) Hic interponitur narratio Fratris Ioannis ordinis minorum de expeditionibus regis Ludovici usque ad annum 1355.

te et super te multarum terrarum habitatores sumserunt lamentum. Anno domini millesimo tricentesimo quadragesimo quinto per Johannam uxorem suam et per satellites suos decimo nono Septembris dire mortis faucibus traditus est, in ciuitate Auersa, distante a Neapoli ad octo miliaria. Et sic sine causa interfectus est, et deportatus Neapolim per hungaros quorum custodie commissus fuerat per dominam Elizabeth reginam Hungarie matrem suam. Tempore tamen et hora interfeccionis sue ipse rex Andreas predictos hungaros ad sua hospicia ire compulerat. Quia quamuis suspicio mortis sibi per uxorem suam fiende eius auribus per plurimos instillauerit, tamen hoc ipse, suam innocenciam considerans et uxoris impregnacionem, credere non poterat; et sicut agnus innocens iugulatus est. Cum autem corpus suum deferretur in Neapolim ad sepeliendum tota ciuitas tamquam obuiam funus fily sui concurrebat, et ipsum inconsolabili planctu deplorabant. Deductumque est funus regis Andree Neapolim et sepultum in kathedrali ecclesia iuxta auum suum et Karolum Marcellum. Statimque post mortem suam dicitur diuinitus miraculis claruisse. Et quasi omnes qui in mortem eius conspirauerunt mares et femine miserabili morte consumpti sunt, eciam ulcione sanguinis innocentis.

155. (70b) Quomodo autem domina mater sua regina mortem fily sui planxerit, securius est tacendum, quam aliquid dicendum; quia hanc amaritudinem taliter lingua explicare non valet. Conuenerunt autem ad ipsam dominam reginam tempore luctus sui domini et domine, virgines et vidue, cuncti proceres Hungarie, cum viderent dominam reginam fily sui innocentis mortem ita vehementi dolore deplorare, corda omnium ad planctum et compassionem scindebantur. O domine deus, fac ut terra non operiat hunc sanguinem innoxium, qui clamat ad te, sicut clamauit sanguis Abel iusti pueri tui aba! aba!

156. Rex autem Lodoricus terminato luctus sui tempore super morte fratris, regis Andree, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto in festo sancti Georgy pro-

et multis malis contra eos inualescentibus compulsi tradiderunt se et ciuitatem suam venetis, et illi fecerunt de eis sicut voluerunt

157. (71b) Cum autem mors regis Andree inflicta per illos quos maxime infligi non debuerat, utpote per suam coniugem ac suos consanguineos ac propinquos, necnon per suos secretarios et sodales, ideo mundi magnatibus regibus et principibus et minoribus nobilibus et popularibus propter crudelis et feralis interficiendi modum horrorem et timorem (incussit). Omnes igitur unanimiter dei omnipotentis iusticiam flagitabant, et ad eius maiestatem suspirabant, ut huius tanti sceleris autores pena condigna vindicaret, et secundum quod merebantur quali eos flagello corriperet. et talione percelleret, luce clarius demonstraret. Ab illo autem tempore quo rex Andreas decessit, dominum regem Lodouicum quasi de tota Italia rectores ciuitatum, nobiles terrarum, et singulariter de Apulia et prouincia barones et comites et reliquum wlgus populi, ut ad ipsos transiret de Hungaria assumtuosius inuitabant, et per nuncios et affines consanguineos et cognatos, ut regimen regni Sicilie, quod ipsum regem Ludouicum de iure contingebat assummeret, eius animum indesinenter ac iugiter commouebant, et hoc libenter ac fideliter faciebant. Tamen quia quilibet naturaliter diligit dominum suum, verum tamen displicebat eis mulieris imperium. Directo igitur ut credimus diuinitus rex Lodouicus sui capitis consilio principaliter, et aliorum paucorum communiter, votis se vocancium annuit, et ad ipsos eundi animum inclinauit, et suum ad eos transitum multis iudicibus declarauit, et litteris pluribus super hoc emanatis, munitis sigillo regio roborauit. Sed quia sapientis est ordinare, et fienda prudenter disponere, superno fretus presidio, diuino illustratus oraculo, verbi dei accinctus gladio, fidey protectus clipeo, scripture instructus testimonio, ac proborum virorum fulcitus exemplo, in execucione sui propositi non usus leuitate, sed magna morum honestate modestia et tutele moderamine quod faciendum decreuerat inchoauit. Anno domini millesimo tricentesimo

quadragesimo septimo circa medium Quadragesime premisit suos intimos et dilectos, videlicet dominum Johannem episcopum Wesprimiensem et magistrum Nicolaum (72a) filium Laurency cum magna pecunia, firmiter eis precipiens, ut in transitu suo in itinere nemini noceant, nec cuiquam molestiam inferrant, et de rapina exercenda caueant; sed placabiliter omnibus et pacifice per viam suam gradiantur, ne nomen suum, regnum dignum et honorificum per sue male operacionis infamiam macularent, et ex hoc multis scandalum generarent. Et ut ipsum dominum regem vocancium et expectancium stabilitatem et fidelitatem secretius investigarent, et emulos quantum possent expugnarent. Transeuntes predicti domini regis familiares in Apuliam secundum imperium eius omnibus se pacatos et benignos reddiderunt, et ubique eos cum honore receptos consolatos et letos abire permiserunt.

158. Peruenientes autem ad Apuliam ciuitatem[1]) dominus Lalws in iure ciuili doctor egregius rector eiusdem Aquilegiensis ciuitatis ipsos accipiendo dulciter, honorifice pertractauit, et omne fidelitatis obsequium per fratrem suum regi Lodouico intimatum incrementabiliter adimpleuit. Quod eciam experimentalis administracio approbauit. Nam cunctis Lodouici regis aduersarys ut murum tutissimum omnibus aduersancium viribus se opposuit, et omnia sua pollicita et bona fidelissime administrauit. Regis vero Lodouici ambasiatores ad diuersas partes regni Apulie miserunt nuncios, et ipsos in fidelitate regis Hungarie fortes et stabiles ac perseuerantes repererunt. Et eundem per literas dominum regem certificarunt, ipsum regnum feliciter posse intrare. Tunc rex Lodouicus miliciam suam non subito nec simul misit in Apuliam, sed particulatim, ne terrigene pertimescerent, puod manu violenta et vindicta regnum vellet optinere. Et ideo principes exercitus et duces bellatorum tractu temporis hic sexagenos centenos et millenos diuersis temporibus iussit transmeare, unde postea eodem anno

[1]) lege: Aquilam. vide infra.

circa festum sancti Georgy premisit dominum N. electum Nitriensem cum alys principibus et comitibus pro causis supra memoratis. Deinde circa festum Diuisionis apostolorum fecit similiter, magnam miliciam transmittendo. Qui in Aquila congregati simul cum stipendiarys ad (72b) bellandum doctissimis de sumtibus domini regis Lodouici inde accipientes, ducem Duracy ac Lodouicum principem Tarentinum maritum Johanne, cui mortuo rege Andrea Johanna nupserat, ac alios domini regis aduersarios valide debellabant necnon ciuitates et fortalicia eorum; domus regis Lodouici de die in diem seipso robustior contra aduersarios magis ac magis inualescebat; domus autem Duracy ducis et principis Tarentini notabiliter decrescebat. Post hec circa festum Omnium Sanctorum, premisit ante se dominum Nicolaum palatinum cum maiori multitudine armatorum, ut ceteris in Aquila existentibus in arcem fieret et in presidium. Omnibus itaque posthabitis, diligenti cura disposicionis, cepit dominus rex Lodouicus de suo recessu de Hungaria, et de progressu ad Italiam cogitare. Et quod regnum Hungarie taliter post se relinqueret, quatenus in eius absencia queuis hostilitas ipsum regnum inuadere non auderet; maius enim hostilitatis et aduersitatis periculum ipsi regni Hungarie a tartaris et saracenis imminebat. Sed dominus deus eciam cum attemtacione fecit prouentum, quia taliter eos flagellauit, ut ipsorum terrorem timere et formidare non oporteret. Nam anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto dominus deus misit pestilenciam in eos, que tantum in eos deseuyt, quod infra paucos menses, ut dicitur, trecentena millia tartarorum prostrauit et consumpsit. Sic igitur domino deo prouidente rex Lodouicus in confinibus regni sui habens pacem cum hostibus, securitatem cum amicis et cognatis; regimen regni principaliter posuit in manibus domine Elizabeth regine matris sue, magne deuocionis et prudencie eximie sanctitatis et clemencie; et sic sapienter ordinatis, et prudenter dispositis, anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo septimo in festo beati Martini, die dominica iter aggressus est

versus Apuliam. Sed usque ad metas regni clam, et quasi in occulto cum paucis pertransiuit, ne ipsum fraus et dolus sibi aduersancium impediret. Cum autem peruenisset ad Celiciam, dominus Celieie, qui sibi coniunctus fuerat magno cum fauore, accepit dominum regem grandi cum honore. Percipientes autem almani et strenui milites (72a) ducis Austrie relacione veridica, dominum regem Lodouicum morum honestate preclarum, generositate prefulgidum, magnanimitate decorum, largitatis virtute venustum, in armis strenuum ac multis virtutum margaritis adornatum ire in Apuliam; conuenerunt ad eum unanimiter, et magna fidei constancia eidem adheserunt, exponentes se pro eo ad omnem euentum et fortunam. Procedente igitur domino rege in via sua; ecce magna armatorum multitudo letanter ipsum sequebatur. Aduenientes autem in Secel ad quoddam fortalicium pertinens ad patriarcham Aquilegiensem, quod situm est in confinibus venetorum, scientes veneti fraudulencia pleni, solemnes nuncios ad regem transmiserunt, ut aliquali pace inter se firmata fines eorum pertransiret. Sed rex usus consilio Stephani fily Laczk, neque ipsis auditum prebuit, ne videretur talem pacem, urgente inedia vel necessitate cum venetis ordinasse et ignaue fecisse. Omissis autem ipsis venetis precepit Stephano filio Laczk tunc vayuode transsiluano, ceterisque hungarorum nobilibus australibus et almanis, ut suis ordinatis agminibus cum, ipso procederent in Veronam. Superno igitur confortatus presidio, ac pugnatorum vallatus subsidio, subito transiuit supra Teruisium per terminos venetorum imperterrite, male contrantibus venetis. Cum autem venisset Veronam, ecce dominus Mastinus de Laffkal[1]) dominus Verone occurrit sibi, recipiens cum honore, et magnificis muneribus decorauit, ac conuiuys lautissimis frequentatis, indicibiliter cum rege, et suis militibus gloriose tripudiarunt, et letantes extiterunt. Audientes autem habitatores Italie, quod dominus rex Veronam aduenisset, rectores ciuitatum et domini

---

[1]) della Scala.

terrarum per internuncios et qui poterant personaliter ad ipsum confluebant, sibi facientes omagium, ac se iuramento constringentes, domino regi fideliter adheserunt, precepta et mandata eius seruaturi. Deinde per Manthwam Bononiam Forliuium cum pace pertransiuit, et per vallem Spoletanam cum omni gaudio et leticia cunctorum suorum peruenit ad Aquilam in vigilia Natiuitatis domini. Quis autem hoc enarrare valeret, qualiter ipse rex (73b) diu desideratus, et pluribus temporibus expectatus fuerit exceptus. Nam populus christianus primo gaudebat de regis eterni natiuitate temporali, eciam gaudebat de visione sui domini naturalis, et regis temporalis; et ita gaudio gaudium cumulabant. Omnes autem fere de Apulia principes et comites, nobiles communes et rectores ciuitatum, per se et per nuncios ad regem confluxerunt in Aquilam, et ipsum dominum suum naturalem cognoscentes, perpetuam ei fidelitatem promiserunt.

159. Anno autem domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo celebrata festiuitate Natalis domini, ductoque consilio, parabat se ad eundum contra Neapolim Capuam et Aduersam ciuitates, que in parte videbantur fouere partes Johanne, et complicum suorum uniuersorum. Conducto autem et congregato exercitu Karolus dux Duracy et princeps Tarenti cum fratre suo Lodouico marito eiusdem Johanne ac ceteris regalibus regi Hungarie resistere nitebantur, et venerunt Capuam, ut eidem introitum impedirent. Rex autem Hungarie collecto suo exercitu venit usque Capuam, contra quoslibet sibi aduersantes pugnaturus. Videntes autem qui erant ex aduerso donum domini et manum validam esse cum rege Hungarie, scientes Neapolitanos non posse regi resistere (74a) portam introitus Capue succenderunt, regales autem fugam capientes confusilibiter recesserunt. Rex autem Lodouicus habens liberum aditum, introiuit Capuam, et cepit eam sine sui et cuiuscunque lesione. Et postquam rex habuit Capuam mouit exercitum suum, et venit Auersam, qui receperunt eum cum honore. Audito autem Johanna domini regis aduentu, cum marito suo Lodouico fugit de Neapoli bene cum tribus galeis versus Franciam, cu-

petens de manibus regis liberari. Dux autem Duracy princeps Tarenti cum fratris buinciderunt in manibus domini regis Lodouici, qui eos comprehendens fecit detineri. Ducem autem Duracy in quo loco fuit rex Andreas innocens nequiter interfectus, et corpus eius per fenestram proiectum ad ortum irreuerenter, ibi dominus rex fecit eum per unum militem, nomine Vezzews filium Emerici de Bechei capite detruncari, vigesima tercia die mensis January, et per eandem fenestram cadauer eius proici ad eundem ortum sine honore.

160. (74 b) Per omnia benedictus deus qui sic tradidit impios puniendos. Filium autem regis Andree nomine Karolum Marcellum, et duos fratres uterinos Karoli ducis Duracy Lodouicum scilicet et Robertum, principem eciam Tarenti nomine Robertum et germanum suum Philippum, transtulit ad Hungariam. Karolus igitur Marcellus filius domini regis Andree, puer quatuor annorum perductus est in Budam ciuitatem regalem, in eodem anno mensis Marcy die tercio, et datus est domine Elizabeth regine Hungarie auie sue ad educandum, et bonis moribus imbuendum, et per magistrum Ciconeum, et dominum Nicolaum banum, dominum Oliuerium, et alios multos, quos dominus rex Lodouicus miserat de Apulia ad ministerium predicti ducis pueri, et ad custodiam regalium predictorum, quos regales domina Elizabeth regina sapientissima, eodem tempore misit in Vysegrad, secundum imperium fily sui regis Lodouici ibidem detinendos, et diligenter custodiendos.

161. Item anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo quinto, post coronacionem regis Lodouici tercio, circa festum Purificationis beate virginis Marie, Siculi cum paucis Hungaris, qui tunc in medio eorum existebant, contra Tartaros procedentes deo auxiliante, innumerabilem multitudinem Tartarorum in terra ipsorum in ore glady percusserunt. Ubi eciam princeps eorum valde potens nomine Othlamus, secundus post Kanum, qui habebat in uxorem sororem ipsius Kani, viuus captus est, sed postea decollatus: pro cuius redempcione quasi infinitam pecuniam promittebant. Sed hungari spreuerunt,

precauentes futura; vexilla eciam eorum portantes in terram suam, multosque captiuos, et spolia multa nimis in auro et argento, curialibus, necnon gemmis et vestibus preciosis, durauitque bellum inter eos tribus continuis diebus.

162. Dicitur quoque, quod quamdiu bellum inter christianos et ipsos tartaros durauit, caput sancti regis Ladislai in ecclesia Waradiensi non inueniebatur. Mira certe res. Cum igitur (75a) subcustos eiusdem ecclesie causa requirendi ipsum caput sacristiam ingressus fuisset, reperit ipsum caput in suo loco iacere ita insudatum, ac si viuus de maximo labore vel calore estus aliunde reuersus fuisset. Quod factum idem subcustos non tantum ipsis canonicis, sed eciam multis religiosis viris publicauit. Ad probacionem vero predicti miraculi, quidam ex predictis tartaris captiuis valde decrepitus aiebat, quod non ipsi siculi et hungari percussissent eos, sed ille Ladislaus, quem ipsi in adiutorium, suum semper vocant. Dicebantque et aly socy sui, quod cum ipsi siculi contra eos processissent, antecebat eos quidam magnus miles, sedens super arduum equum, habensque in capite eius coronam auream, et in manu sua dolabrum suum, qui omnes nos cum validissimis ictibus et percussionibus consummebat. Super caput enim huius militis in aere quedam speciosissima domina mirabili fulgure apparuit, in cuius capite corona aurea, decore nimio ac claritate adornata videbatur. Unde manifestum est, predictos siculos pro fide Jesu Christi certantes, ipsam beatam virginem Mariam et beatum regem Ladislaum contra ipsos paganos, qui in sua virtute et multitudine gloriabantur, adiuuasse. Alio quoque tempore, videlicet anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo sexto predicti siculi soli cum ingenti multitudine ad predictam terram tartarorum intrantes, ibique prelio commisso, superna eis gracia victoriam concedente innumerabilem multitudinem tartarorum trucidarunt. Ubi multa arma valde preciosa recipientes, spoliaque infinita, tam in animalibus, quam eciam in gemmis et lapidibus preciosis, sicque reuertentes glorificabant deum, qui dedit eis victoriam.

(unde in Apulia exiuit de ipso prouerbium: tu es homo victoriosus et sapiens, quasi alter Stephanus filius Laczk) et misit eum cum honesta et forti milicia hungarorum in Apuliam, ut diuino sibi assistente presidio, de suis inimicis vindicaret, ac ipsos potenter contereret et humiliaret. Predictus (76a) igitur princeps, scilicet Stephanus filius Laczk de Herman una cum suo filio iuuene strenuissimo et audace, sicut prius semper cum suis fratribus Andrea Michaele Nicolao et Paulo, ac Dionysio et Nicolao filys suis corone sacre fideles extiterant: ita et tunc precepto domini regis per omnia fidelissime se submisit, et ad eius imperium exequendum se ut melius potuit preparauit.

164. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo octauo igitur circa festum Michaelis archangeli, predictus Stedhanus filius Laczk princeps milicie licenciatus a domino cum comitiua sibi comissa (in qua erat Johannes filius Nicolai palatini, et Stephanus filius Mich bani, Demetrius de Doby, Nicolaus filius eiusdem Stephani) iuit in Apuliam, qui duce omnipotentis dei angelo, mare adriaticum sine omni periculo transfretauit. Perueniens autem cum tota hungarorum milicia ad ciuitatem Fodiam, et volentes habitatores ipsius ciuitatis Fodie fidelitatem Lodouico de Tarento, et Johanne obseruare, ipsis hungaris armata manu resistebant. Antedictus vero Stephanus dux belli, sicut miles strenuus et audax ut leo, cum suis socys contra ciuitatem bellum inyt, et victoria de celo sibi prestita inimicos potenter superauit, et potestati domini regis Hungarie subiugauit. In tantum enim dictam ciuitatem humiliauit, quod magis erat aceruus lapidum quam ciuitas premunita. Deinceps enim ceperunt hungari adiuuante domino deo et stephani astucia ubique aduersarys preualere, et mirabiles victorias exercere in tantum, ut viginti hungari vel paulo plus sexaginta armatos ex inimicis in pugna deuincerent, et sine sua lesione captiuarent. Diffusa ergo fama strenuitatis Stephani fily Laczk, et aliorum hungarorum, ubique cecidit timor eorum super habitantes Apuliam, et usque ad Lodouicum et Johannam sceleratissimos hec magnalia peruenerunt.

165. Anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo nono Lodouicus de Tarento et Johanna exercitum permaximum contra Stephanum vayuodam ducem milicie regis Hungarie utcunque potuerunt conduxerunt, et ducem Werhernum capitaneum soldanorum[1]*, qui a domino rege, dum esset Ne(76b)-apoli tali condicione recesserat, ut nunquam contra ipsum nec contra populum suum insurgeret, fide se constrinxit. Ipsum igitur Werhernum super suum exercitum capitaneum et ducem belli contra exercitum regis Hungarie, in ciuitate Neapolitana statuerunt. Mense igitur Juny anno supra dicto exercitus Lodouici de Tarento cum exercitu regis Hungarie in die communi voluntate ad id per ipsos determinato inter ciuitatem Neapolitanam et Auersam bellum ineuntes, crudeliter et seuiliter inuicem dimicantes, ubi altissimo deo adiuuante exercitus domini regis, multis captiuis, et pluribus vulneratis, et multis interemptis, ac ceteris in fugam conuersis dictus Stephanus triumphum laudabilem et victoriam solemnem reportauit. Inter quos captiuos principales isti fuerunt: dominus Robertus de Sancto Seuerino, dominus Remundus de Bancio comes Sancti Angeli, et aly duo comites valde solemnes, quorum nomina in literis eiusdem Stephani fily Laczk domino regi transmissis habere non potui. Item ducenti milites Neapolitani, preter alios captiuos, quorum numerus exprimi non potuit. Nullum dubium est homini fideli, quod per ista omnia et similia sanguis innoxius regis Andree exquirebatur.*

166. Cum igitur hec ita agerentur, ecce Stephanus filius Laczk venit de Apulia anno eodem leticia preoptata annuncians Apuliensium expugnacionem, Lodouici de Tarento et Johanne omnimodam deiectionem dicens: Domine rex festina occupare Apuliam virtute diuina in manus tuas collocandam. Quo audito rex Lodouicus, more elephantis ad pugnam robustior animatus, conatu celerrimo, misterio sui consily in Buda celebrato, feria secunda post octauas pasce versus Apuliam rex egreditur cum dicto Stephano filio Laczk, et quibusdam

---

[1]) sic Codex pro: soldatorum.

militibus sua vestigia continue imitantibus, et secum commorare consuetis. In festo sancti Georgy martiris descendit galeam in Senia, et die octauo applicuit in Horconiam, saluis rebus et personis. Tandem in festo beatorum Philippi et Jacobi apostolorum venit in Manfordoniam, et inde consurgens in festo Inuencionis Sancte Crucis descendit in Barle(77a)tum, et in die tercia in festo sancti Johannis ante Portam latinam transiuit in Baar, ad limina beati Nicolai confessoris visitanda, et inde rediens in Barletum, fecit residenciam cum soldatis et brigantibus uniuersis. Et ecce in festo Translacionis beati Francisci venit Lewstasius Senascallus regis cum multis militibus, portans secum multa millia marcarum pondus argenti, et vasa aurea et argentea duo millia et eo amplius, ac thesaurum nimium pro regis honore expendendum. Nec puto obmittendum, quod idem Lewstasius tantam fecit regi fidelitatem, quod si tantam non adhibuisset diligenciam, totus honor regius vacillare potuisset. Quem rex gratantissime recepit, et magnalia sibi pro seruicio suo repromisit. Cum igitur rex in castro Barleti in festo beati Antoni confessoris in suo strato quiesceret, ecce de ciuitate omnes Barleti campanas vomiferas pulsare ceperunt uniuersas et clamare: ad arma ad arma! viua rex de Hungaria, viva! Quod cum Stephanus filius Laczk dux exercitus didicisset, vidit quod omnes soldati contra ciuitatem insurrexerunt et regem. Cuius argumentum ex eo. quod quinque galee, quelibet cum quadringentis hominibus armatis onusta, venit ante castrum Barletense. Quod videns dictus Stephanus filius Laczk una cum filio suo Nicolao et Moroczok, et Ladislao dicto Soos, omnes de ciuitate soldatos exire compulerunt, pluribus eorundem interfectis, et rebus eorum spoliatis. Wolphardum vero rex de manibus eorum eripuit, Corrardum fratrem Wolphardi cum dictis soldatis abire permisit. Hys igitur peractis rex mouit exercitum et venit in Cosiniam, et inde transiens versus Neapolim venit die crastina in Esculum apulianum. Et ecce quidam drombetarius portauit literam Lodouici de Tarento, continentem. quod rex cum eo duellum seu certamen singulare deberet committere. Quod rex Lodouicus gratanter

accepit, et coram regibus Francie ac Anglie anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo in octaua Epiphanie domini Perusius se dictum certamen pugnaturum spopondit. Die eodem venit rumor, quod trecenti teutonici seu soldati iuramento se constinxerunt ut regem Lodouicum die crastino in Neapolim coram Johanna (77b) ligatum presentarent. Quod Andreas Nicolay filius Laczk audiens, clam assumta secum familia fratris sui Stephani, cum Dionysio filio eiusdem de nocte ad Beneuentam equitarunt, et die sequenti, in festo beati Pauli ante dictam ciuitatem in campo cum eisdem soldatis horribiliter pugnauerunt, et dictos trecentos soldatos potentisime deuicerunt. Centum et quinquaginta ex eis captiuando, alios vero occidendo, vel in plagis letalibus ibidem reliquerunt. Non est dubium quod dictam (victoriam) eidem Nicolao filio Laczk diuina misericordia administrauit; qui solum cum centum hominibus armatis et cum quinquaginta pharetris absque scitu regis Hungarie illuc perrexerat ad pugnandum. Johannes vero dictus Bessenyew viceagazo domini regis duos soldatos virtute propria prostrauit, et cum tercium aggrederetur ille viriliter resistebat, et suum equum interemit. Videns autem idem Johannes equum suum corruisse celeriter resiliens ipsum teutonicum ense nudo aggreditur, licet ab eo in capite grauiter vulneratus fuisset, tamen eundem protinus ictibus cumulatis in terram prostrauit et caput eius in Beneuentam reportauit. Prefatus vero Nicolaus filius Laczk ante dictos centum et quinquaginta captiuos domino regi in Melphy ciuitate fortissima honore cum maximo presentauit, et in eius conspectu more solito ab omnibus armis eos spoliatos abire confusibiliter compulit ad omnium confusionem soldatorum. Die autem sequenti rex mouit exercitum ad unam ciuitatem in aurora nomine Ricardoch fortissimam, quam Stephanus filius Laczk et Andreas frater eius nemine sciente conscenderunt, et Ladislaus dictus Soos cum Moroczok ipsos sequens, turrim ciuitatis principalem ascenderunt, et vexillum Stephani, draconem album erexerunt, et fortissime clamantes: Viva rex de Hungaria, viva viva! Famuli autem ipsorum super scalam humanam, id est unus scandendo

super scapulas alterius murum ascenderunt et portam ciuitatis succenderunt. Quo facto omnes irruentes hungari totam ciuitatem occupauerunt, et eiusdem habitatores usque ad paruulos in ore glady peremerunt, claustrum autem Fratrum minorum incenderunt, et plures ex eisdem Fratribus mortis poculo inebriarunt. Et quia erat hoc factum in vigilia beati Johannis Baptiste, et rex in prato sub eadem ciuitate existens cum suis militibus resedit, et facto prandio (78a) versus Sallernam ciuitatem castra mouit, et in festo beati regis Ladislai dictam ciuitatem Salernitanam Stephanus filius Laczk oppugnando obtinuit. Rex autem ciuitatem intrare voluit, sed per Stephanum filium Laczk prohibitus fuit eo, quod inimici quidam latenter ibidem existebant. In festo autem Petri et Pauli apostolorum venit rex ad castrum abbatis, cui abbas resistere conatus est, quem Andreas filius Laczk insidiose comprehendit, et castrum occupauit. Die vero sequenti venit rex ante Auersam, quam expugnare non potuit, sed eam cum vellet expugnare Denk filius Nicolai de Nerche in tantum extitit verberatus, quod veniens in Hungariam infra breue tempus spiritum exalauit. Nicolaus eciam filius Ugrini de Wylak muro ciuitatis appropinquans ictus lapidum accepit, et quasi semiuiuus ad suum descensum deductus fuit, et diutissime egrotauit. Johannes filius palatini sagitta percussus vix mortis periculum declinauit.

167. Cum igitur rex eandem obsideret Auersam ciuitatem contigit ut in festo sancte Anne appropinquaret ad murum ciuitatis, et veniret ad eundem locum unde proiectus fuerat rex Andreas indecenter iugulatus. Stans super murum quidam laicus, et agnoscens personam regis, mox eum sagittauit, et in sinistro pede grauissime vulnerauit. Veniens autem rex ad hospicium habens ferrum sagitte in suo pede, totam noctem duxit insompnem. Mane autem facto venit Stephanus filius Laczk cum Wolphardo, et in tractu duodecimo vix ferrum extraxerunt. Quantum autem dolorem ipse rex eiulatu emiserit et clamorem, longum esset enarrare: cum enim vehementissime torqueretur in extrahendo dicto ferro, inter eiulatus supplicabat Stephano filio Laczk vayuode: Parce mihi inquit;

quia in omni tractu de suis carnibus dilacerabatur. Caput suum inter brachia sua amplexionaliter tenenti dixit rex: „Deus scit quod tota anima mea in manibus Fratrum minorum est: ideo postquam me mortuum videris accipe caput et cor meum, et porta matri mee, et postquam me amarissime defleuerit, sepelias in Strigonio circa sepulcrum regis Bele in ecclesia beate Virginis Ordinis Fratrum minorum, in qua pro nunc et semper eligo sepeliri." Cuius probacio manifesta ex hoc habere dinoscitur, quia (78b) rediens in Hungariam existens incolumis anno domini trecentesimo quinquagesimo secundo in Strigonio, in domo magistri Thome fily Petri coram Nicolao filio Jacobi vicelectisternitoris sui dedit eidem unum cingulum cathenarum aurearum de puris quadringentis et quatuor florenis fabricatarum ut ipsum tamquam ibi sepeliendum Fratres claustri supradicti haberent recommendatum. Extracto igitur ferro ipsum regem dictus Stephanus equum iubens ascendere per girum deducens ciuitatis voce preconia precipiebat brigantibus ut dicerent. Ecce rex Hungarie Jerusalem et Sicilie! Quo audito hungari exultabant, sed et aduersary eiulabant. In festo igitur Invencionis corporis beati Stephani protomartiris, dominus Jacobus Pynrata capitaneus ciuitatis tradidit ciuitatem in manus regis. Quam rex ingrediens intrauit castrum, et mansit ibi usque ad festum Natiuitatis beate Virginis, in cuius die crastina egressus est Romam, et conuocans ad se uniuersos barones suos et milites, sciscitabatur ab eis quis eorum vellet in Apulia in persona regis remanere; qui omnes renuerunt, et singulatim excusarunt. Quod videns Andreas filius Laczk, coram rege se prostrauit dicens: Domine rex rogo amore salutis vestre, et intuitu[1]) seruiciorum patris mei et fratrum meorum, ut me in ista terra relinquas. Quod rex gratanter acceptauit, et ipsum tamquam agnum in medio luporum dereliquit, et cum eo Bartholomeum filium Laurency Thoth.

168. Sic igitur rex cepit ire versus Romam, et venit in eam in octauis beate Virginis, et ibidem receptus est cum

---

[1]) Cod. intimi.

honore. Venerunt enim principes Romani ante ipsum usque duas leucas clamantes: Viua rex de Hungaria viua viua! Intrans autem ciuitatem, tota ciuitas conduxit eum usque ad gradus ecclesie beati Petri apostoli, ubi receperunt eum processionaliter cum omnibus reliquiis magno cum honore; et intrans ecclesiam transiuit per omnia altaria flectendo genua. Quali autem honore et reuerencia, et qualiter permissus fuerit omni die visitare Weronicam, et quanta donaria ecclesys omnibus et claustris tribuerit (79a) superius intueri poterit qui vult. Tandem inde reuersus venit in Hungariam in festo Crisancy et Darie martirum, et venit in Budam, ibique receptus est cum exultacione omnium et leticia uniuersorum ex eo, quod saluis rebus reuersus fuerat et personis.

169. Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo primo in festo Geruasi et Prothasi martirum egressus est rex de Buda versus Lithwanos et venit in Cassam in festo Natiuitatis beati Johannis Baptiste, et inde egressus intrauit Cracouiam, et ibi octo diebus repausauit. Tandem venit in Zondomeriam in festo beate Margarethe; deinde venit in Liblen ciuitatem in confinibus Lithwanorum, cum omnibus hungaris et polonis, ibique rex Polonie dominus Kazmerius infirmatus fuit usque ad mortem. Et venerunt omnes duces et barones et nobiles iuramentum super sancta dei ewangelia facientes, quod regem Hungarie ex nunc et semper in dominum haberent naturalem et in regem, sic tamen, quod dux Stephanus frater eiusdem regis Hungarie nichil haberet cum eis agere, nec teutonici specialiter Wolphardus et Corrardus, clamantes ad regem: Quacunque hora diei aliquem teutonicum super nos castellanum statueris, scias nos a dominio recessisse. Item nullus nostrum tenetur ad exercitum ire, nisi cum tanto stipendio, quod sufficiat sibi in eundo et redeundo, et familie domi remanenti. Ad quod rex se obligauit faciendum. Relicto ibidem rege Polonie et assumto utroque exercitu polonico et hungarico, quindecim diebus transeundo per siluas venit ad Lithwanos, et ibi in confinibus eiusdem regni consistens misit Moroczok et Koniam filium Thome vayuode et Ladislaum filium Rikalphy,

qui venientes ad principes Lithwanorum remanserunt pro obside, et dominum Kestutum principem Lithwanorum miserunt ad regem, qui veniens regi se per omnia humiliter submisit, et pacis federa conscripserunt. Primo: quod dictus Kestutus cum suis fratribus et populis uniuersis vellet baptizari, si a pappa coronam regiam rex Hungarie posset obtinere. Secundo: quod semper vellet ire ad exercitum regis Hungarie cum proprys laboribus et expensis, sic tamen quod reges Hungarie (79 b) et Polonie terram Lithwanorum per cruciferos occupatam eis redderent, et contra eosdem cruciferos et tartaros semper defenderent. Tercio: quod in terra Lithwanorum archiepiscopatus et episcopatus et claustra religiosorum ordinarent. Quarto: quod Kestutus cum rege Hungarie usque ad Budam veniret, et ibi se baptizari permitteret ab eodem. Quinto: quod regna Lithwanorum Hungarie et polonorum in omni pacis tranquillitate iugiter permanerent, et hungari abs omni tributo ad regnum Lithwanorum venirent, quantum vellent permanerent, et sine omni molestia ad Hungariam redirent. Et in festo Assumpcionis beate Virginis venit Kestutus ad tentorium regis Hungarie videntibus cunctis, fedus superius exaratum iuramento lithwanico isto modo confirmauit, quod fecit adducere unum bouem rubei coloris, et ligari super duas stipites, et arripiens cultrum lithwanicum proiecit in bouem, et tetigit ipsum in vena mediana, et statim sanguis emanauit largissime, de quo sanguine ipse et omnes Lithwani manus et facies perunxerunt clamantes lithwanice: Rogachina roznenachy gospanany: quod interpretatur: Deus ad nos et animas, cornutum respice, iuramentum per nos promissum hodie persolutum. Et his dictis caput bouis amputauit, et in tantum a collo separauit, quod ipse Kestutus et aly lithwani ibidem existentes per illam diuisionem colli et capitis ipsius bouis tribus vicibus transierunt. Quo facto ad regem venit Kestutus cum Nicolao Konth filio Laurency Thoth, ex cuius consilio cuncta peragebat; qui ipse, Nicolaus Konth tantam habebat industriam, et sapienciam sibi diuinitus inspiratam, quod ubicunque veniebat rex Hungarie, qui ipsum super omnes hungaros extulerat, semper pacem or-

dinabat, sicut patet sub Auersa ciuitate, ubi rex cum decen millibus armatorum expugnare poterat dictam ciuitatem, non tamen sine lesione multorum. Ipse autem Nicolaus fecit treugas et ciuitas se ultro tradidit Auersana. Ita eciam factum fuerat cum dominis lithwanorum; ducens eciam dictum Kestutum a regem cui rex iurauit quod quamdiu viueret omnem fraterni tatis fidelitatem obseruaret. Et sic rex Leobardum fratrem Kestuti eodem die de com(80a)pedibus absolutum libere abire permisit, quem rex Polonie per multorum stragem hominum captiuauerat in quodam castro valde forti. Facta prelibation de dicto loco redierunt versus Hungariam: cumque equitasse rex tribus diebus habens secum Kestutum, putans quod poloni custodiam adhibuissent Kestuto, ecce in media nocte Kestutus cum suis silencialiter se subtraxit, et ad terram suam redyt a Koniam Moroczok et Ladislaum libere post regem Hungarie abire permisit. Quod rex Hungarie cernens, se et regem Polonie ita fuisse delusos, maxime contristati sunt, sed emendare non potuerunt. Veniens autem rex Hungarie in Cracouiam inuenit ibi dominum Jaskonem de Cornis inimicum suum, qui depredatus fuerat thesauros regis in primo transitu contra lithwanos; in quem familiares regis irruentes et specialiter Petrus Czudar, Nicolaus filius Jacobi, quos tempore depredacionis mutilauerat, et Nicolaus filius Stephani Laczfy ipsum Jaskonem et hospitem suum crudeliter occiderunt, quia idem hospes contra eos Jaskonem nitebatur defendere. Iste autem Jasko sic crudeliter dimembratus, pro tanto creditur fuisse interfectus, quia die dominica precedenti, scilicet in festo Exaltacionis sancte crucis cum in Cracouia in suo descensu letabunde cum multis teutonicis pranderet, venerunt duo Fratres minores, qui cum ab eo elemosinam peterent, voce furibunda respondit: Quis ille Franciscus, qui dedit vobis occasionem diuagandi? Et statim spoliatis eorum cappis iussit eos corizare indecenter per plateas ciuitatis, induendo eorum habitibus sine cappis fistulares, comminando et Fratres pena mortis si non corizarent. Sic denudati fratres vero magno eiulatu dixerunt Jasko inimice beati Francisci! ecce predicimus tibi, quia prop

ter hanc iniuriam beato Francisco illatam infra breue tempus morte turpissima morieris. Quod et factum est die tercia post hoc factum. Ideo Fratres in eorum ecclesia ipsum nullo modo sepeliri permiserunt. Inde igitur rex venit Budam in octauis Natiuitatis beate Virginis.

170. Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo secundo rex Lodouicus in festo Kathedre beati Petri recessit de (80a) Buda versus Rutheniam et venit in Zanak in festo beati Gregory pape, et inde transiens per multa pericula aquarum venit in Belz castrum in confinibus tartarorum, in festo beati Benedicti abbatis, et ibi inuenit regem Polonie cum exercitu valde grandi. Expectatisque ibi sex diebus, et interim nuncys treugageris frequentatis inter reges Hungarie ac Drozge castellanum de Belz, repetentes ab eo castrum prenotatum. Ipse vero semper treugas faciebat, et sic videntibus cunctis castrum muniuit fortissime, et tandem in octaua indixit bellum. Quod audientes dicti reges sabbato ante Ramis palmarum, non curantes ingenia, neque munimenta eiusdem castri formidantes, irruerunt ad castrum, aquam in fossa castri, usque ad guttur in armis militaribus transeuntes, et cum appropinquarent vallum, ecce desuper sagittatores balistrary ipsos crudeliter impetebant, et ligna grandia et lapides in tanta copia proicientes, quod eciam Lodouicum regem in capite ictu letali cum malleo ligneo vel calumptita i. e. Swlyok *concusserunt, et ipsum in terram deiecerunt. Quem Nicolaus de Peren a terra eleuauit, et super dorsum suum ultra aquam transportauit. In eodem conflictu dux Ladislaus nepos eiusdem regis, cum turrim pre alys ascendisset, galeam eius de capite abstulerunt, et ipsum ad terram deiciendo usque ad mortem percusserunt. Leustasium eciam filium Lorandi de genere Ratholth tunc Senascalum regis et comitem Simigiensem, cum uno lapide in pectore percusserunt et ad terram deiecerunt, cuius percussionis vestigium in suo torace usque ad mortem extitit luculentum. Symonem filium Mauricy de sub castro seminiuum deduxerunt; Nicolaum de Zech, Blasium ac Stephanum Bebek regis vexillarium fortissime pugnantes horribiliter wlnerarunt. Nam idem Stephanus*

intantum stetit sub vexillo, et pugnancium ictus sustinendo, quo tria vexilla regia in eius manibus fuerint confracta successiu Et cum quartum penitus fuisset conquassatum, et omnes al de parte regis de sub castro recessissent, ipse tandem nequ habens vexillum quintum, nec aliquem sibi adstantem ad suu descensum declinauit non timore inimicorum (81a) neque mo tis formidine, sed carencia sibi assistencium sociorum. Sic ig tur sub dicto castro usque ad meridiem pugnauerunt, sed n chil profecerunt. In castro per sagittas hungarorum trecen fuerunt interfecti, ex parte autem hungarorum et polonoru tot erant wlnerati, quod numerus non extitit. Die vero sequen scilicet in dominica Ramis palmarum, videns rex se nich posse proficere, disposuit ad Hungariam remeare. Tamen si fuit consultum per dominum Nicolaum Konth semper pac amatorem et treugarum dispositorem, virum magni consily, p cunctis regi fideliorem, ut cum Drozge predicti castri caste lano componeret et sic ad Hungariam transiret, quod et fa ctum est. Exiuit enim dictus Drozge et regi fecit omagium insignia Lithwanorum de cacumine turrium, scilicet capita h mana cum nigris pilys deposuit, vexillum regis Hungarie lo eorum cunctis videntibus apposuit. Quod videntes hungari cl mauerunt: Beeke beeke! *i. e. pax pax. Sic igitur treu facta rex cum quadraginta personis versus Hungariam, predictum est egreditur, et per aliam viam cunctos wlnerato et currus suos uniuersos abire precepit et redire. Ipse aute cum Moroczok, Nicolao et Paulo filys Laczk, Dionysio et N colao filys Stephani fily Laczk transiuit ponens se ad fort nium, et die sequenti Lodomeriam appropinquauit, ubi null victum necessarium inuenire potuit, quia per tartaros et lit wanos cuncta fuerant deuastata. Et inde transiens venit Londniam ciuitatem, ubi honorifice fuit susceptus, et facto pra dio inde recessit, quia periculum erat per tartaros ibidem co gregatos, et venit in villam que dicitur Pridiproch, ubi era due piscine, in quibus multitudinem piscium exhauserunt. inde transiens feria quarta maioris hebdomade venit ad ma num fluuium tartarorum nomine Olth cuius latitudo extendit*

ad unam leucam gallicanam, cuius impetuositas cunctos exterruit intuentes, exclamantes autem ad regem: Quid opus superest? At rex eis respondit: Quod me videtis facere, hoc idem omnes faciatis; et hoc dicto in suo equo dictam aquam natare cepit, et Fratri Johanni unum equum quem habuit meliorem concessit, et ipsum natare secum coegit. Quod videntes (81b) hungari uniuersi adinstar anetarum aquam transnatauerunt. Tamen quatuor equi et tres homines ibidem perierunt. Die autem sequenti sero venerunt ad fluuium Ethel, circa cuius ripam olim Atila natus fuisse perhibetur, cum cetus hungarorum de Scitia in Pannoniam transmigrauit. Cuius fluuy periculositatem et eius transitus impetuositatem vix posset quis enarrare, nam equum rapuit et ascensorem. Quod videns rex quid faciendum eligeret omnio ignorabat, quia nulla via nauem inueniendi aperiebatur. Cum igitur ibi pausam faceret tristiorem; ecce duo rutheni rumigeruli aduenerunt dicentes, quod septem millia tartarorum et duo millia ruthenorum regem insequerentur hungarorum, et iam distabant ad decem rastas tartaricales. Quod audiens rex in nullo timuit, sed exhilarascens suos dictos tartaros expectare ortabatur: „Ecce quod optabamus habemus, quicunque enim est verus miles, locum habet certaminis et ostendendi suas vires.“ Et cum rex ibidem repausaret venerunt rutheni plus quam viginti dicentes, quod exercitus tartarorum regem hungarorum recessisse audiuisset, et contra Kathayam diuertisset. Quo audito rex aquam transnatauit usque ad crepusculum et ad unam curiam Dobrauihwzca vocatam ampne circumdatam deuenit, ubi penitus de alimentis nichil inuenit. Media autem nocte unus ruthenus curiam incendit, et cum difficultate rex et omnes sui mortis periculum euaserunt, quia strictissimus erat exitus per unum paruum pontem de curia prenotata. De mane autem rex consurgens intrauit alpes ruthenorum fortissimas, per montes petrosos, et niues usque ad subsellium equorum in multis locis cum periculo transeundo, et fluuium Zereth septuaginta quatuor vicibus transnatando. Super illis quatuor diebus, quibus in alpibus equitauerunt, plus quam quadringenti equi remanserunt;

quia nichil aliud quam ramos arborum equis poterant inuenire, neque homines per totam hebdomadam preter fabas ad usum gustauerunt. Frater Johannes autem Lector, cum socio suo ad tantam deuenerant famis inediam, quod per se ipsum neque equos suos ascendere poterant, nec de eisdem descendere motu proprio. Tandem in die Parasceue, cum multis miserys et erumpnis inexplicabilibus, exiuit alpes, et venit ad Bereg in castrum Mwnkach (82a) ubi rex aliquantum refocillatus, et inde veniens Waradinum pro visitando limina beati regis Ladislay, circa cuius tumbam humiliter se ad terram prostrauit; deo et beato Ladislao gracias egit, qui ipsum de faucibus mortis eripiendo licet laboriose, tamen reduxerat cum sospitate. Ibidemque mansit tribus diebus, et ecclesie beati regis Ladislay munificencia plura contulit.

171. Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo tercio cum idem rex Lodouicus in crastino beate Katherine virginis venaretur in Zolio, ecce occursu inopinato in sequentibus alpibus occurrit ei ursus feraliter implagatus, quem ipse rex cum venabulo aggrediens putabat propter suam audaciam eundem ursum deicere, prout alios tales ursos consueuerat deiciendo exenterare; sed nouercante fortuna, et proprie reputacionis arrogancia impediente, idem ursus regem deiecit, et utrumque pedem viginti tribus vulneribus sauciauit: et nisi Johannes Bessenew nutu diuino ibidem peruenisset, idem ursus ferox et furibundus regem Lodouicum interfecisset. Sed dictus Johannes Bessenew plus regem diligens quam se ipsum, periculo mortis se interponendo ursum regem inuadentem aggrediens cum suo gladio interemit, et regem a mortis faucibus liberauit. Tandem idem Johannes pro illo facto, propter incusancium rabietatem, et specialiter Nowak de Croacia, nullam recepit remunerationem. Ipse enim tunc venerat, quando iam Johannes dictum regem liberando ursum (82b) interemerat prenotatum.

172. Anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quinto in festo beate Anne misit dux Austrie ad regem Hungarie petens auxilium contra Swewos sibi rebellantes. Qui mi-

sit Paulum filium Laczk cum quadringentis hungaris sagittarys. Venientes ad Sueuiam in crastino beati Laurency martiris circa Thulnam ciuitatem cum eisdem teutonicis de Sueuia horribiliter pugnauerunt. Sed hungari clamantes: Sancti reges adiuuate nos! diuino fauore assistente tandem victoriam habuerunt. Illo die plus quam trecenti teutonici sagittis hungarorum perierunt. Cadebant enim buccati teutonici in equis suis ante faciem hungarorum, sicut boues in macello. Erat enim preceptum hungaris, ne aliquem eorum caperent, sed mortis poculo cunctos teutonicos inebriarent. Porrigebant enim manus suas dicentes: O lyeber her foh mych nycht thewth mych. *Hungari autem funesto gladio super eorum capita euibrato amputabant eis manus et caput dicentes:* Wezteg kwrwanewfya zaros nemeth; iwttatok werenkewth ma yzzywk thy wertheketh.[1]) *Et sic eosdem crudeliter occiderunt, atque omnes rebelles ciuitatis duci Austrie subiugarunt. De hunis autem in ipso prelio quindecim iuuenes corruerunt. Veniens autem idem Paulus ad ducem Austrie cum suis hungaris, permaxime extitit remuneratus, dans literas ad regem Hungarie in hec verba: Vestre regraciamur fraternitati, quia quod cum quinque millibus (83a) armatorum facere non potuimus per totum annum laborando, hoc Paulus filius Laczk cum hungaris quadringentis obtinuit gloriose. Ideo rogamus, ut ipsum Paulum regali munificencia dignemini amplexare gracio se.*

(De exercitu contra tartaros.[2]))

173. Item cum gentes tartarorum in regnum Hungarie euientes confinia partis Transsiluaniensis et siculos sepe in-

---

[1]) Cum auctor narrationis hoc ipso loco teutonicos buccatos appellet, quod vocabulum hungarice: szájos — iuxta morem autem scribendi seculo 14o usitatum: zaios vertitur: si porro concedatur scribam hic facili lapsu *r* pro *i* posuisse (zaros inquinatus. proluvio ventris sordidus): sensus huius obiurgationis erit: „Tace fili meretricis buccate Allemanne, bibistis sanguinem nostrum, hodie bibemus sanguinem vestrum.“ Szájos (buccatus) apud hungaros dicitur homo, qui se insolentius efferre, iactare solet. [2]) Continuatur

festarent, rex ipse strenuum et bellicosum virum Andream filium Lachk vayuodam transsiluaniensem contra ipsos tartaros cum siculis nobilibus et valida gente destinauit, qui terram in qua habitabant potenter subintrantes cum principe eorum nomine Athlamos ad resistendum eidem cum magno exercitu in campo obuiantes debellarunt, et ipsum principem eorum decapitauerunt, ac multa banderia et captiuos tartaros regie maiestati in Vysegrad transmiserunt. Post hec eciam siculi eosdem tartaros sepius inuaserunt, et cum magna preda ad propria redierunt. Qui autem ex ipsis tartaris remanserunt, ad partes maritimas longe distantes ad alios tartaros fugerunt.

(De exercitu contra croatos.)

174. Tandem communicato consilio suorum principum militum et baronum disposuit contra suos infideles et rebelles, Gregorium filium Curiacy et Niliptium croatos, qui regna Croacie et Dalmacie ac magnam partem Sclauonie usurpando in preiudicium sacre corone detinebant, cum exercitu copioso et principibus aliarum partium; specialiter cum magnifico et potente principe Stephano bano boznensi, pro optinendo et expugnando eodem regno Croacie processit, et usque oppidum Byheg peruenit, prope quod supra caput riuuli Galgochfew castra metatus est. In quo loco diucius cum suo exercitu pausando, nec ulterius se mouendo iidem tirranni et rebelles Gregorius filius Curiacy et Juan filius Nilipty, mortuo patre suo, ad obedienciam sacre corone venire sunt compulsi. Et cum fidelitatem seruare iurassent, aliquibus castris restitutis, rege cum suo exercitu ad propria redeunte idem Gregorius filius Curiacy rebellauit. Contra quem altera vice idem rex Lodouicus barones suos et milites cum exer-

interruptum, supra numero 154., opus archidiaconi de Kikullew de gestis regis Ludovici, ut in editione Budensi habetur.

citu ingente (83b) transmisit. Qui eiusdem rebellis proteruiam conterendo, ipsum cum alys suis adherentibus regno Croacie restituto, regie maiestati obedire et se gracie submittere compulerunt, et cum leticia ad propria remearunt.

(De exercitu contra venetos ad regnum Dalmacie.)

175. Consequenter tempore procedente idem rex ad expugnandum Dalmacie regnum, quod per venetos a diuturno tempore detinebatur occupatum, exercitum mouit copiosum, et cum multis principibus circumpositorum regnorum ac baronibus militibus et regnicolis suis usque ciuitatem Jadriensem peruenit, que se prius ad obedienciam reddiderat regie maiestati. Et quia veneti per suos stipendiarios teutonicos gallicos et latinos eam ciuitatem obsidebant, et contra ipsam quandam municionem, quam Sticatum appellabant firmauerant, gentibus armigeris in ipsa collocatis, et diuersis machinis et ingenys tam in ipsa municione, quam eciam in galeis per mare ipsam ciuitatem fortissime expugnabant. Circa quam idem rex in campo cum suo exercitu resedit, et machinis ac alys diuersis ingenys applicatis et erectis ipsam municionem venetorum, volens obsidionem ipsius ciuitatis Jadriensis remouere, fortiter expugnabat, et milites ac gentes regis continuis insultibus hostes aggrediebantur, et acerrime ad inuicem pugnam committebant. Et quia hostes intra municionem erant conclusi, per ictus balistarum multos de gente regis vulnerabant, et eciam gentes usque ad muros appropinquantes ipsis vices rependebant. Et cum opportunitatem captabant, clam gentes venetorum de municione subito egresse, cum militibus et gentibus regis dimicabant, et ex utraque parte multi corruebant. Ubi eciam strenui milites, Bartholomeus filius Laurency Toth, et Harsandorfer teutonicus de parte regis in pugna mortui sunt et occisi. Quamuis autem exercitus regis ad expugnandam ipsam municionem fortiter laborassent, ipsa m tamen quia nimium

erat fortificata et munita expugnare minime potuerunt. Et hoc videns idem rex, non sine magno dampno personarum et rerum, cum suo exercitu ad propria (84a) est reuersus. Gentes autem venetorum tam in ipsa municione, quam eciam per mare in galeis obsidionem continuantes, per tradimentum aliquorum de ciuitate, ciuitatem eandem obtinuerunt, et multos ciues et nobiles de eadem decollauerunt, et diuersis tormentis cruciatibus et penis afflixerunt. Multos tam viros quam eciam feminas nobiles et puellas Venecias in captiuitatem deduxerunt, et hew miserabiliter deum non verentes, nec etati nec sexui compacientes, ipsas feminas et puellas et alios captiuos in persona, fame et siti, solum vita ipsis miserrima seruata, cruciarunt, et postea successiue in carceralibus penis ipsos peremerunt. De quo facto idem rex anxie dolens, se vindicaturum firmissime proposuit tempore se ad hoc offerente.

(De morte Andree regis.)

176. Postea vero breui tempore decurso quia nichil pene in semetipso manet stabile, sed currit tempus semper multas euoluens mutaciones, quas neque preuidere facile est, nec predicere; et nil est quod mutabilitatem non sentiat, et bellum in media pace consurgit. Accidit casus lamentabilis et enormis de morte quondam incliti principis domini Jerusalem et Sicilie regis fratris uterini eiusdem Lodouici Hungarie regis, qui per sceleratum Conradum de Kathancys, et alios proditores, ex procuracione mulieris Johanne, in aula ipsius regis Andree morantis in ciuitate Auersa, que utinam fuisset submersa, extitit iugulatus et interemptus. Et factus est planctus magnus et luctus in Hungaria. Est autem sepultus in Neapoli in Kathedrali ecclesia iuxta auum suum[1]).

177. (84b) Ipsi tamen proditores reatus sui penam,

[1]) Est autem — auum suum. om. B.

et nepharie prodicionis sue premium sumpserunt. Quia potens et magnificus comes Nouelli, cognatus regis et fidelis, ipsos super carram ligari fecit, et per omnes vicos ciuitatis pertrahi, et eorum corpora cum forcipibus ferri ignitis euelli fecit, carnificari et laniari morte turpissima, et extremo supplicio perimendo.

178. Super quo euentu mortis fratris sui idem rex Lodouicus ultra modum dicendi vehementi dolore cordis sauciatus, condolens et anxius cepit cogitare et tractare de vindicta, ne tam execrabile scelus impunitum pertransiret. Et primo Nicolaum filium Laurencii Toth, qui postea Konth fuit cognominatus ad tractandum cum magnatibus comitibus et baronibus illarum partium illuc destinauit. Qui in Aquilam ciuitatem famosam superueniens cum Lallo viro prudente, et de morte ipsius regis Andree multum anxio, capitaneus ipsius ciuitatis, habito tractatu dominium ipsius (85a) obtinuit, et protracta mora ibidem, quam plurimos una cum Lallo ad regis Hungarie obedienciam confortauit et perduxit. Et cum eidem regi per literas intimasset;

(De exercitu versus Neapolim.)

179. Rex congregato valido exercitu per partes Italie transitum faciens in qualibet ciuitate per dominos et communitates honorifice susceptus et largiflue in suo transitu hospitatus, versus ciuitatem Neapolim festinauit. Ex quibus dominis ciuitatum dominus Maletesta de Maletestis, Franciscus de Furlino, Philippus de Mantua, et quidam aly cum pulcra gente armata, ipsum usque Neapolim sunt secuti, et ab ipso rege honore et cingulo militari insigniti.

(De fuga Johanne Regine, et Lodouici eius mariti.)

180. Auditoque eius aduentu, Johanna regina cum Lodouico de Tarento eius marito, qui pro rege se gerebat

clandestine fugientibus, et in tribus galeis per mare versus Prouinciam et Auinionem ob metum regis properantibus, rex ciuitatem Neapolitanam intrauit, ubi cum magna solemnitate et gaudio susceptus est, et extunc titulo regnorum Hungarie Jerusalem et Sicilie utebatur. Et ibidem moram faciens cepit inuestigare qui essent participes et culpabiles in morte fratris sui Andree regis prenotati. Et capi fecit regales infrascriptos (85b) ducem Duracy cum duobus fratribus suis Lodouico et Roberto; item etiam alios, videlicet principem Tarentinum et Filippum puerum, fratres dicti Lodouici mariti regine Johanne. Quem quidem ducem Duracy tamquam culpabilem in Auersa ciuitate in domo dicti regis Andree, in qua tunc habitabat, et fuerat iugulatus et occisus, decollari fecit. Et dictos alios regales in comitatu Karoli pueri, fily predicti regis Andree in Hungariam per certos barones et milites destinauit, pro eo, quia reos criminis lese maiestatis punire neglexerunt. Presumebantur enim aliqualiter tanto sceleri consensum prebuisse, iuxta illud: Non carent scrupulo societatis occulte, qui manifesto facinori desunt obuiare. Qui deputati fuerant in castro Vysegradiensi custodiendi, et cum magna diligencia et honore, bene et laute fuerant conseruati, sicut decuit sanguine coniunctos regie maiestati.

(De reditu regis in Hungariam.)

181. Demum idem dominus rex Lodouicus volens redire in Hungariam cum gente copiosa, ibi magnificum et strenuum virum Stephanum filium Lachk voyuodam transsiluaniensem capitaneum regni, et Wolphardum de Wolfart teutonicum capitaneum in ciuitate Neapolitana in persona sue regie maiestatis prefecit, et ad Hungariam remeauit.

(De prelio commisso et victoria per Stephanum voyuodam facta.)

182. Post recessum autem regis quidam Neapolitani et ibidem milites capitanei[1]) sedicionem concitantes Wolfardum capitaneum predictum expulerunt. Et superbia inflati ad expellendum ipsum Stephanum voyuodam insurgentes, inter Auersam ciuitatem et Neapolim habito congressu fortissimum prelium est commissum, in quo volente deo ipse Stephanus voyuoda cum exercitu domini regis victoriam obtinendo, multos comites barones milites nobiles et ciues de Neapoli, alys interfectis captiuauit, et spolia ipsorum maxima obtinuit, et gentibus domini regis cum largitate distribuit, captiuos in magna sumpma pecuniarum pactando, liberos abire permisit. Fretus autem ibidem victoria, in ipso regno securus permansit.

(De exercitu et pugna Stephani voyuode cum gente Lodouici circa Neapolim.)

183. (86a) Post hec autem cum pars eiusdem Lodouici aggregata sibi gentis multitudine appreciate et quam pluribus dicti regni Sicilie infidelibus in suam societatem adiunctis, ipsum Stephanum voyuodam exterminare cupiens ante ciuitatem Neapolitanam dispositis aciebus, conserto bello et sonis bellicis perflatis aggredi procurauit. Et quamuis longe plures idem Lodouicus de Tarento pro parte sua gentes in suo exercitu haberet, et utrumque[2]) hostiliter ad inuicem prelium commisissent: tamen idem Stephanus voyuoda zelo fidelitatis armatus, volens pocius post mortem venire[3]) per fame gloriam, quam tergum hostilitati vertere, victoriam obtinuit adoptatam. In quo quidem prelio idem Stephanus voyvoda quamplures co-

[1]) Capuani apud Turocium. [2]) utrinque. Tur. [3]) viuere. T. et diploma anni 1350. C. D. IX 1. 760.

mites magnates et pociores milites captiuauit, et consequenter sepe sepius quamplures exercitus ipsius Lodouici debellauit. Ciuitates plurimas expugnauit, et grauia homicidia personarum periculaque eidem Lodouico adherentibus irrogauit. Sicque pociores et nobiliores ad fidelitatem regis Hungarie adduxit, et ipsius seruicio applicauit. Sicut hec et alia quamplurima gesta sua et seruicia in priuilegio ipsius regis super donacione castrorum Oztrogo et Chiaktornia vocatorum circa fluuium Draua existentium in remuneracionem premissorum sibi concesso plenius continetur. Gentes eciam sew incole dicti regni, quoscunque ex hungaris comprehendebant viuos excoriabant, et alys tormentis seuerissime affligebant.

(De reditu Johanne regine et Lodouici.)

184. Medio autem tempore ipsa Johanna regina, et Lodouico de Tarento eius marito in Neapolim redeuntibus, et regnum sibi subiugare nitentibus, ipse Stephanus voyuoda dictum regem Hungarie ad defendendum ipsum regnum contra ipsos euocauit.

(De secundo introitu regis in regnum Apulie.)

185. Qui quidem dominus rex sine aliqua retardacione, nec expectata exercitus congregacione, cum quibusdam suis baronibus et militibus inter quos erant principales: Nicolaus (86b) filius Gyleti palatinus, cum Johanne et Dominico militibus filys suis, ac Johanne filio Gyleti fratre suo, item Stephanus et Georgius fily Bewbek, Nicolaus de Zech, Konya filius Thome voyuode; Andreas voyuoda cum fratribus suis Nicolao, Paulo, Michaele Lachk. Item ex prelatis reuerendus in Christo pater dominus Nicolaus episcopus Zagrabiensis, qui fuit ibi in ciuitate Auersana in episcopum consecratus. Et venerabilis vir dominus Stephanus prepositus Budensis cum fratre

suo Johanne strenuo milite filio Laurency de Canisa; et cum pauca comitiua in una galea, et quibusdam barcis repente in Apuliam transfretauit, et ad portum Manfredonie applicauit, ipsam ciuitatem pacifice de consensu communitatis ingressus Theanum et Barletum subiugauit, nec non ciuitatem Bary, ubi sanctus Nicolaus pontifex aquiescit, obsidendo obtinuit et intrauit, ac castro ciuitatis munitissimo et fortissimo sibi restituto, in eodem resedit, et stipendium soldatis teutonicis numero quatuor millium barbutorum, quorum capitaneus erat Conradus de Volfard, frater dicti Volfard, copiose et largissime diuisit.

(De prodicione facta per stipendiarios.)

186. Interim autem gentes sue de Hungaria per nauigia ad ipsum confluebant, et exercitus eius nimium et copiosissime multiplicabatur. Quod videntes teutonici soldati absque voluntate eiusdem Conradi de Volfard eorum capitanei ac aliorum principalium, prodicionem et insultum fecerunt contra regem et gentem suam hungaricam, et ciuitatem, volentes eam spoliare et derobare. Contra quos hungari insurgentes et ciuitatenses cum cathenis per vicos et plateas, que sub terra inter muros latitabant constringentes, magnam multitudinem soldatorum inter cathenas comprimendo occiderunt, et multos ex eis decapitauerunt; equos valisias arma baltheos et res ipsorum abstulerunt, et nisi unam portam ipsi soldati pro se occupatam custoditam habuissent, vix aliqui ex eis euasissent. Sed tandem extra ciuitatem fugientes, per multos nuncios interpositos, graciam (87a) sub tali pacto a domino rege obtinuerunt, ut de ipso regno omnes exirent, et aduersarys suis nunquam adhererent; et hoc suis literis instrumentis et iuramentis firmauerunt. Ex ipsis tamen aliquos dominus rex, qui sibi videbantur esse inculpabiles in sedicione concitata, ad suum seruicium reseruauit.

(De obtencione castri Canosii.)

187. Postmodum rex, qui in processu exercitus singulis diebus continuatis inter cateruas militum in armis equitare solebat, admoto exercitu castrum Canosy obsedit, et expugnando obtinuit, vel potius restituendo. Sed ibidem, cum ipse armatus per scalam ascendere festinaret, per ictus lapidum grauiter percussus, in fossatum est prolapsus, grauemque in corpore suo sustinuit passionem. De quo barones et milites sibi nimium improperabant, quod ad talia se ingessit, que non decent regiam maiestatem.

(De captiuatione stipendiariorum Lodouici.)

188. Abinde vero castella occupans Lucheriam, cuius muri erant diruti est ingressus, prope quam erat castrum fortissimum pro Lodouico marito Johanne regine conseruatum. In qua ciuitate rege existente, Nicolaus et Paulus fily Lachk vix cum L sagittarys hungaris centum et viginti soldatos gentis permixte Lodouici de Tarento, in campo in pugna capientes, ligatis post tergum manibus, equites armis indutos introduxerunt ante regem. Quos rex illa die in refectorio Fratrum hospitari fecit et refici in cena; ac die crastina, ablatis equis et armis, sicuti consuetudo est stipendiariorum, abire permisit.

(De obtentione Salerni et aliarum.)

189. De qua ciuitate ulterius procedens, deo auxiliante, et vias eius in prosperitate dirigente, Sallernum et castellum Scaffad obtinuit, et inde versus Neapolim oppidum Sumpnia vocatum bene munitum, in quo multi erant pedites, expugnauit.

(De obsidione ciuitatis Auerse, et de vulneratione regis circa eandem.)

190. (87b) Et dehinc recedens ciuitatem Auersam obsedit, que adhuc in muris non erat totaliter consumpta, sed de die in diem per defendicula ingeniorum construebatur, et ad perfectionem deducebatur. Ubi capitaneum exercitus Nicolaum Konth, virum in consilys prudentissimum amoto Stephano voyuoda prefecit. Quod factum multis displicuit, et ipsum Stephanum voyuodam exacerbauit, ac processum negociorum regis multum perturbauit. Cum autem rex ipsam cum suo exercitu expugnare cepisset, et se ad pugnam ingessisset, sagitta balestre in pede fuit letaliter vulneratus, et vix diuino fretus auxilio et medicorum cura mortem euasit. Durauit autem obsidio ciuitatis bene per tres menses, et cottidie armati teutonici soldati Lodouici de Tarento, de ciuitate inopinate et repente exeuntes et insultum facientes cum gentibus regis teutonicis et hungaris pugnam committebant, et multis ex utraque parte vulneratis iterato ad ciuitatem fugiebant. Qua obsidione durante victualia in ciuitate defecerant, et propter famis inediam multi homines expellebantur de eadem, et per exercitum capiebantur. Propter quod soldati ulterius durare non valentes ciuitatem una cum castro fortissimo, in quo erat capitaneus et castellanus Jacobus de Pinatarys, sub pacto securitatis personarum et rerum suarum restituunt et dominus rex castrum et exercitus ciuitatem ingressi sunt. In quo loco multas donaciones in possessionibus, baronibus militibus et nobilibus secum existentibus in regno Hungarie fecit et continuauit. Quorum agilitates et seruicia in literis donacionum eis concessarum enarrantur. Tandem mora protracta in castro rex bene conualescens, recuperata sanitate audacem et bellicosum virum Andream voyuodam filium Lachk capitaneum generalem in regno; Nicolaum Drugeth fratrem Vilhelmi palatini capitaneum ciuitatis Sallerni; et fratrem

Morialem militem Ordinis sancti Johannis Jerosolimitani priorem Anianensem, capitaneum in eadem ciuitate Auersa; qui postea infideliter agens eandem ciuitatem cum castro in potestatem (88a) Johanne regine resiguauit; in sua persona preficiens et ibidem dimittens, propter annum iubileum zelo deuocionis accensus versus Romam per ciuitatem Capuanam, in cuius porta est turris altissima ac solemni opere fabricata; et sub monte Cassino, cuius muri per terremotum corruerunt, et per Campaniam est profectus.

(De honore regis impenso per Romanos.)

191. En[1]) tribunus cum Romanis per quatour milliaria, gallicana, circa centum personas ex potioribus, vestibus seu, pannis purpureis ad hoc specialiter sub uniformitate aptatis solemniter induti, cum trumbetis et diuersi generis musicarum instrumentis regi obuiam venientes honorifice susceperunt, et ad urbem Romanam, cuius platee pannis pulcre strate et decorate fuerant introduxerunt, et in dominum Romanorum susceperunt. Quod tamen rex acceptare recusauit. Et in palacio domini pape collocauerunt. Singulis diebus tribunus cum potioribus romanis ipsum visitabant, et reuerenciam exhibebant, ad domos eorum, et ad conuiuia cum magno gaudio inuitantes. Rex autem cottidie in basilica sancti Petri principis apostolorum missam audiebat, et singulis diebus sudarium vultus domini ostendebant ad magnam consolacionem peregrinorum, et multitudinis gencium confluencium. Pluribusque diebus cum deuocione sic deductus rex, autoritate domini pape absolutus, super altare sancti Petri quatuor millia florenorum offerri fecit et presentari.

---

[1]) Cui. Tur.

(De reditu regis in Hungariam.)

192. Exinde cum suo exercitu per partes Italie reuertebatur, in qualibet ciuitate gaudenter susceptus et honoratus, in Veronam peruenit, dimissaque gente stipendiariorum aliquorum teutonicorum, cum Volfardo et Conrado capitaneis, quia nondum erant stipendys suis plene pagati, ad expensas ad regis rationem plenarie computandas, ad Hungariam cum gaudio remeauit, et abinde stipendia ipsorum complete remisit. Capitaneos ad se vocauit, et per remuneracionem suorum obsequiorum, largifluis regys donatiuis ipsos exaltauit. Quorum gesta (88b) et seruicia in priuilegys eis concessis explanantur.

(De resignacione regni Sicilie ad manus domini pape[1]

193. Cum autem fere tribus annis Andreas vayuoda capitaneus regni generalis; Nicolaus Drugeth frater Vilhelmi palatini capitaneus ciuitatis Sallerni cum alys principibus militibus ac gente domini regis copiosa in regno et in partibus illis permansissent, et omnia regia negocia prospere successissent, multaque bella exercuissent. ac gentes Ludouici sepius debellasent, et quasi annichilassent ita, quod solum in municionibus et castris se inclusissent; sicut de gestis et exerciccys eiusdem Andree voyuode, que causa breuitatis ad presens omitto, in priuilegio sibi super possessionarys donacionibus concesso, poterit qui vult experiri, ut fides certius possit adhiberi. Dominus papa Innocencius quintus per suum legatum, et primo per reuerendissimum in Christo patrem dominum Guidonem tituli sancte Cecilie presbiterum cardinalem de latere missum; ac deinde pluribus vicibus per nuncios solemnes pro liberacione dictorum regalium transmissos; et postea per dominum Bartholomeum similiter eius nuncium decretorum doctorem, paternaliter salutaribus monitis institit apud regem, quod gentem suam de illo reuocaret. Ad cuius

instanciam tamquam deuotus et obediens filius, ipsum regnum, necnon castra ciuitates municiones terrasque quas tenebat, per suos ambasiatores. videlicet dominum Ioannem electum Vesprimiensem in iure canonico licenciatum; et alios ad manus domini pape assignauit, iure tamen suo in regno sibi competenti saluo reseruato. Regales eciam predictos, quos in custodiâ tenebat, liberauit, et usque Venecias cum securo conducto honorifice destinauit ad propria remeandos. Qui cum magna leticia per mare in Neapolim transfretantes, cum maxima solemnitate et honore sunt recepti, ac ad ipsorum dominia et principatus ac ducatus restituti. Hoc non pretermisso, quod tam luculenter et clare rerum gestarum seriem per distinctiones annorum et dierum, prepedientibus interuallis temporum referre non potui; quia aliqua per meipsum didici, et aliqua per alios fide dignos rerum noticiam babentes intellexi, (89a) et sic venia tribuatur rite excusanti; cum sufficiat rerum gestarum seriem enarrare. Cetera scribenda vel narranda illis relinquo, qui plura sciunt, quam hic scripta sunt, de gestis eius tam prosperis quam aduersis, scribere vel tractare.

(De requisitione venetorum per regem facta super restituendo regno Dalmacie.)

194. Hys itaque gestis expeditis, ad propositum cepte materie de regno Dalmacie et ciuitatum maritimarum est necessario redeundum. Cum enim rex principatus tenutas et dominia regni sui sacre corone subiecta vellet conseruare, et usurpata ad statum pristinum reuocare; inclitum principem Andream Dandulo et commune Veneciarum per ambasiatas solemnes literas et nuncios speciales pluries ut pacis zelator requisiuit et monuit ad restituendum sibi et sacre corone regnum Dalmacie in magna parte, Jadriam et ciuitates maritimas in toto per ipsos occupatas et detentas. Qui quidem dominus dux et commune Vene-

ciarum astinentes se opposuerunt, et resistere decreuerunt regie maiestati.

(De exercitu contra ipsos moto.)

195. Super quo facto rex ipse suis vicinis consiliarys principibus regibus marchionibus et ducibus contra ducem et commune Veneciarum de tali iniuria grauiter est conquestus, ne videretur eos indebite et iniuste impugnare. Ad vindicandum et propulsandum iniuriam sibi et regno illatam, cum valida potencia pro recuperandis iuribus regni sui per ipsos a multo tempore occupatis, versus Italiam contra ducem et commune Veneciarum cum propria gente sua, necnon comitibus militibus teutonicis extraneis sibi fauentibus et auxilium prestantibus, quos et ipse teutonicos ydeomatis ipsorum conscius multum diligebat, et de stipendys ac donarys largiflue prouidebat, eoque ad ipsum libenter confluebant, et fidelia seruicia exhibebant, personaliter est profectus. Et per terras et tenutas venetorum circa castrum Sereual transiens Coneglanum obtinuit, et abhinc ad ciuitatem Teruisy veniens ipsam obsedit. Castra et terras suarum tenutarum, speciater Asulum cum Roccaneruis ubi est abbacia Cuspiniacum, Keuerd, Gorgoniam (89b) et Forgoniam, ac alios quamplures expugnando, et gentes in eisdem collocando, et sic in Hungariam dimisso ibi strenuo milite Thoma fratre venerabilis domini Nicolai archiepiscopi Strigoniensis, pro capitaneo gentis sue, armiger est reuersus.

(De obsidione castri Castelfrank.

196. Postea vero magnificum virum et potentem Nicolaum Konth tunc regni Hungarie palatinum ad partes illas transmisit, qui Castrum Castelfrank vocatum ducis et communis Veneciarum cum magno exercitu obsedit, et continuatis ibidem pluribus diebus, quia castrum bene

fortificatum, et gentibus armatis munitum erat, nichil proficiens in Hungariam est reuersus, ibidem Thoma milite remanente. Qui quidem Thomas miles et gentes domini regis primo ante portam ciuitatis Teruisine, et secunda vice in campo prope eandem cum gentibus armigeris venetorum bellum et conflictum habuerunt, eis deuictis et multis captiuatis. Item tercia vice circa fluuium Brentha, nauigabilem contra teutonicos et stipendiarios venetorum, transpassato flumine super equos, cum magno periculo propter fluminis profunditatem, de mane subito irruentes, eosdem stipendiarios deuicerunt, et captiuos deduxerunt. Quos secundum morem stipendiariorum equis et armis receptis libere abire permiserunt. In quo flumine Paulus germanus Johannis fily Chel miles cum quibusdam alys hungaris sunt submersi. Quo quidem Thoma milite per regem reuocato et Benedicto filio Heem illic transmisso, eidem subrogato, idem Benedictus miles superueniens plurima bella contra gentes venetorum continuauit, et eas superauit. Iterum autem dictus Thomas illuc est transmissus, et viriliter et potenter castra et terras acquisitas sub dominio regis conseruauit tamdiu, donec expugnata et recuperata ciuitate Jadriensi, que per strenuum militem Elderbach nomine teutonicum cum gentibus domini regis quadam nocte muros ciuitatis ascendendo, et per pugnam maximam cum gentibus venetorum armigeris teutonicis et gallicis durissime commissam, ubi idem miles letaliter extitit vulneratus, ex quo vulnere vitam (90a) finiuit temporalem, comite venetorum seu capitaneo in eadem constituto, cum suis gentibus deuictis et fugatis, capta fuit et expugnata. Et ibi in partibus maritimis in Dalmacia regia potestas extitit firmata. Cuius regni Dalmacie et ciuitatum pleno regimine consecuto, rex nolens ulterius occupata de tenutis venetorum conseruare, castra et tenutas quas tenebat ipsis restituit, gentes suas reuocando, et ipsis in pace dimittendo, sub pacto iuramenti per ducem et consiliarios venetorum submisso: quod nemi-

nem de terris eis per regem restitutis offenderent pro fidelitate regis vel punirent. Sed tamen postea ipsi milites potestates et potiores terrarum ipsarum specialiter vero de Coneglano decapitauerunt et trucidauerunt, iuramento eorum violato, ac bona eorundem confiscauerunt in displicenciam regie maiestatis. Preterea durante guerra inter eos et dominum regem, ducem eorum nomine Marinum in palacio ducali Venecys, cum pluribus suis consiliarys de adhesione regis inculpantes, suspenderunt, et quamplures eciam Teruisinos propter suspicionem interfecerunt, et in exilium effugauerunt. Post restitucionem autem ipsarum terrarum, ciuitas Teruisina demum per tractatus ad manus Leopoldi ducis Austrie cognati eiusdem regis se reddidit et subiecit. Cuius dominium ipse dux apprehendens, per certa tempora obtinendo, tandem similiter per tractatus Francisco de Carraria domino Paduano assignauit sub certis pactis, gentem suam de eadem reuocando. [Pagina (90b) vacua.]

(De exercitu contra Lythuanos.)

197. (91a) Ceterum contra lythuanos, christianis, et maxime regno suo Ruscie insultantes, personaliter cum exercitu proprio, et milicia sua propria, necnon aliarum nacionum ad eum confluencium proficiscens, terris eorum seu tenutis in magna parte deuastatis, duce eorum capto, sed sibi in continenti promissionem de fidelitate et obediencia faciente liberato, feliciter ad Hungariam est reuersus.

(De exercitu ad Rusciam.)

198. Postea una vice cum valida gente sua et extranea ad regnum Ruscie sacre corone Hungarie subiectum, pro defensione eiusdem regni contra lythuanos est profectus. Et fugatis hostibus, ac fretus victoria, potentes viros, eundem Petrum banum primo, necnon venerabilem

in Christo patrem dominum Emericum episcopum Agriensem, ac Georgium Zudar consequenter fratres suos; et post hec Emericum Bebek; ac post eum Johannem de Capol ad regendum ipsum regnum vayuodas seu capitaneos prefecit. Qui regnum predictum bene et laudabiliter defensantes, sub titulo sacre corone et regimine eiusdem domini regis conseruarunt.

(De exercitu in subsidium domini pape trina vice.)

199. Item ad instanciam sumpmorum pontificum Romanorum Innocency, Gregory et Urbani quinti beate memorie, prima vice Nicolaum filium Lachk, qui multas ciuitates, oppida et castella ad obedienciam sacre Romane ecclesie reduxit, ac eciam rebellantes expugnauit, ad manus domini Egydi cardinalis apostolice sedis legati assignando. Et post eum Simonem filium Mauricy, qui nichil profecit, et propter hoc displicenciam regie maiestatis incurrit. Subsequenter eciam eundem Petrum banum tempore domini Urbani pape in defensionem ciuitatis Bononiensis contra Barnabonem et Galeacium dominos Mediolanenses eandem ciuitatem impugnantes destinauit, et cum honore (91b) ad regnum Hungarie remeauit.

(De exercitu in subsidium ducis Austrie.

200. Postmodum autem in subsidium antiqui Alberti ducis Austrie Paulum filium Lachk ad obsidendam ciuitatem Tinegmensem cum magno exercitu destinauit, quam per longam obsidionem obtinuit, et dominio eiusdem ducis subiugauit.

(De exercitu in terram Bozne.)

201. Item ad terram Bozne similiter regie corone subiectam, ad conterendam proteruiam quorundam rebellancium, magnificum virum Nicolaum Konth palatinum

)ersonaliter cum magno exercitu et potem...
Morauie processit, ac ipsum imperatorem per suas litera.. diffidauit, et oppidum Trinchinium intrauit, et exercitus circumquaque in campis et pratis resedit. Interim vero, donec cum suo exercitu se moueret Morauiam inuasurus, dux Sindrucensis cum certis alys baronibus et militibus ex parte imperatoris ad tractandum de pace in Trinchinium snperuenerunt. Treuga firmata ad concludendum de pace Nicolaus Konth palatinus, Stephanus Bewbek iudex curie cum certis militibus in Brunnam ad imperatorem, ubi cum magno exercitu, et multis militibus se collegerat, sunt transmissi. Et interim exercitu regis disperso, sine conclusione pacis reuertuntur.

(De exercitu in Morauiam.)

204. Postea eciam dominum Ladizlaum ducem Opulie et Petrum banum cum gente satis valida in Morauiam destinauit. Qui incendia et maxima damna ibidem intulerant, et ad propria reuertuntur.

(De exercitu in Poloniam.)

205. Item procedente tempore mortuo Kazimero rege Polonie auunculo suo, cum ingenti exercitu Poloniam intrauit, ubi in regem ex iure successionis eiusdem auunculi sui extitit feliciter coronatus.

(De exercitu ad partes transalpinas.)

206. Item ipse rex personaliter per Bulgariam par tes transalpinas sacre corone subiectas inuadens, ex al' parte ultra terram siculorum cum valido exercitu ac n bilibus et siculis partis Transsiluanie transmisit Nicolar voy(92b)uodam transsiluanensem cum Simone filio Mauri et alys ex potioribus militibus suis ad inuadendum par

intrauerunt et occupauerunt. Et tunc rex ibidem castrum Zeuren prima vice, — et post aliquorum annorum curricula castrum in Brassou fortissimum Treuch vocatum circa terminos transalpinos edificauit, gente armata bugancys et balestrarys anglicis custodiam castri muniendo, in potestate sua reseruauit.

(De diuersis expeditionibus contra emulos.

207. Item fere singulis annis, vel in quolibet tercio anno mouit exercitum contra emulos et rebelles, et sepius contra Racenses et Molduanos, omnimode diligenciam adhibendo. Et maxime circa regnum Racie Dominicus filius Oslo banus de Macho cum suo Zemere vicebano; et postmodum Nicolaus de Gara in iuuenili etate banus constitutus, multum agilis et strennus ac in bellis circumspectus, labores assiduos impenderunt ad conseruandum ipsum regnum sub regie ditionis potestate. Item ipse rex prudens et largus admodum fuit, et bella multa feliciter gessit, multaque regno suo recuperauit. Qui eciam post bellicam gloriam sciencia literarum clarus fuit, et in astronomia assidue laborauit. Et propter virtutum perfectionem eciam apud barbaros summe dilectus, nomen suum apud multas naciones exaltauit. Hic pius in religione catholica, in pauperes munificus, iura seruauit ecclesiarum, et ecclesiastica officia plurimum honorauit.

(Sequitur de hys que suo tempore euenerunt.)

208. Verum quia iuxta sapientis assertionem bonorum laborum gloriosus est fructus et recolenda memoria; que suo tempore ipso procurante cum pietatis studio sunt peracta, hic digne nec immerito annectuntur.

209. Ipse enim Judeos ad fidem catholicam conuertere et Christo lucrari tamquam zelator salutis desiderans, et propter obstinatam duriciam ipsorum Judeorum

autem propter liberalitatem suam, et boni exempli operacionem, multos traxit ad deuocionis studium impendendum, barones milites et nobiles, et quosdam ex prelatis, qui loca, dicto ordini contulerunt, et claustra construxerunt et dotauerunt ad laudem dei et gloriam sancti Pauli.

(De conuersione Cumanorum ad fidem.)

212. Item[1]) eciam gentem Cumanorum ritu tartarico inuolutam, apud sedem apostolicam deuocius insistendo, exemplo beatissimi regis Stephani, quem ad componendum noue fidei fundamentum in regnum Hungarie prouidencia diuina elegit; et qui corda credencium post apostolos spiritualiter quasi ymbribus celestibus irrigauit, ad laudem nominis domini, ut ampliaretur religio christiana, ad fidem catholicam conuerti procurauit. Cui quidem genti, iam in fide christiana erudite, Fratres de ordine minorum, auctoritate eis a sede apostolica commissa, curam animarum, iura parrochialia, et sacramenta ecclesiastica amministrant, et de die in diem in fide confortantur.

(De baptizatione Paterinorum de Bozna.)

213. Item Paterini de Bozna qui nimium erant multiplicati, et diuersis erroribus implicati, per dominum Peregrinum episcopum Boznensem ordinis minorum, virum magne deuocionis et sciencie ad fidem rege promouente conuertuntur et baptizantur. (94b) Item sclaui districtus de Lippua dure ceruicis populus ad fidem erat conuersus et baptizatus. Cui sacerdotes catholici secundum translacionem Hieronymi doctoris, sancte matris ecclesie sacramenta ecclesiastica ministrabant. Sed nunc ut narratur, in apostasiam et pristinum errorem sunt illapsi, et multo peiores essent.

---

[1]) Sic. B.

(De recessu Bogdan vayuode in Molduam.)

214. Huius eciam tempore Bogdan voyuoda ulachorum de Maramorisio, coadunatis sibi wolachis eiusdem districtus, in terram Moldauie, corone regni Hungarie subiectam, sed a multo tempore propter vicinitatem tartarorum habitatoribus destitutam, clandestine recessit. Et quamuis per exercitum ipsius regis sepius impugnatus extitisset: tamen crescente magna numerositate wolachorum in illa terra habitancium, in regnum est dilatata. Voyuode vero qui per wolachos ipsius regni eliguntur, se esse vasallos regis Hungarie profitentur, et ad homagium prestandum obligantur, cum censu persoluere consueto.

(De pestilentia fame et terremotu.)

215. Item eciam tempore sui regiminis pestilencie per loca particularia, et eciam per totum regnum Hungarie, et eciam in alys vicinis regnis viguerunt. Et fames diuersis temporibus per locustas et mures, spicas frugum et aliarum segetum corrodentes, et per siccitates temporum, ac aeris tempestates inualuerunt. Et pluribus vicibus terremotus per loca factus est.

(De exemptione oduarnicorum et aliorum conditionariorum.)

216. Huius eciam tempore multi ex Oduarnicis et alys condicionarys, curie ad diuersas seruitutes astricti, sunt exempti, et in cetum regni Hungarie nobilium aggregati. Quia in donacionibus possessionum et gracys ad omnes largus et benignus habebatur, et pro eo ab omnibus ultra modum diligebatur.

(De consortibus regis et liberis.)

217. Estimo eciam narracione fore dignum, quod prefatus rex Lodouicus duas coniuges habuisse dinoscitur.

Primam videlicet preclaram Margaretam filiam excellentis principis domini Karoli tunc marchionis Morauie, qui postmodum ad imperium fuit sublimatus. Et ista sine prole defuncta est. Alteram inclitam dominam Elizabeth, filiam Stephani bani prenotati, ex qua tres filias generauit scilicet Katherinam Mariam Aduigam. Ipsa autem Katherina in puericia morte extitit preuenta. Et quia ad regalis propaginis stirpem clara sunt coniugia exquirenda, de quibus deriuanda successio claris fulgeat nature titulis insignita: ipsam Mariam, claram augens prosapiam, illustri principi Sigismundo marchioni Brandenburgensi, in puerili etate utrinque existente, quem de stirpe cesarea pater eduxerat imperialibus radys illustratum, communicato consilio serenissimarum dominarum reginarum genitricis ac consortis suarum. necnon prelatorum et baronum regni precedente, in Ternauia presente imperatrice matre eius, et suis baronibus de Bohemia, cum magna solemnitate et leticia matrimoniali federe desponsauit, et apud se nutriendos conseruauit. Qui nunc conregnant in regni solio sublimati. Aduiga vero post mortem patris in reginam Polonie extitit coronata; que postmodum per magnates barones et nobiles regni Polonie potentissimo principi Lythuanorum Jagula nomine ad fidem catholicam conuerso, et cum suis fratribus baptizato, extitit matrimoniali federe copulata. Quem in regem Polonie solemniter per eos coronatum Ladizlaum nominarunt. Qui similiter cum coniuge conregnant letanter in eodem.

(Sequitur de gubernacione regni pace et tranquillitate.)

218. Cum autem temporibus successiuis idem rex amplissime potestatis esset, et floreret in regni solio, totam suam felicitatem ponens in deo a quo omnia procedunt, et suum principatum et regiminis curam illi submittens; non (95b) passione ac voluntate cupiens principari, velut custos iusticie existens, absque racione et

lege nichil voluit acceptare. Quia vigens mens industria et regnatura prudencia, virtualiter dominatur gubernacione regni, secundum racionem et legem diligencius circumspecta. Pollens regimine naturali, non instinctu humano, sed potius diuino, sui desidery propositum ad hec inclinauit, ut sequens sanctorum regum predecessorum suorum et patris sui vestigia, in quibus peramplius et perfectius vigebat zelus fidei, et religio christiana, regna sua terras et subiectas sibi naciones in suis libertatibus consuetudinibus et legibus in bona pace et tranquillitate conseruauit, maxime quas in fide domino regenerauit, et ab omnibus emulorum insidys et incursibus, precipue paganorum, victoriosissime defensauit. Necnon eciam ecclesias regni sui in suis iuribus et libertatibus tenuit, et in temporalibus bonis augmentauit.

(De vita regis contemplatiua.)

219. Considerans autem et aduertens regna sua et dominia undique, seu circumquaque quieto et tranquillo statu florere, quamuis ex consuetudine et delectacione a puericia solita venaciones nimium frequentaret; ad ultimum tamen terrenarum rerum occupacionibus, quos difficile est absque peccatis ministrare, et curis postpositis, concupiscenciam carnalem calcare ac sibi subicere, et diuinis preceptis parere volens; quia omnis caro fenum, et omnis concupiscemia eius tamquam flos feni: contemplatiuam vitam a tumultu multitudinis hominum segregatus, ut pys operibus insistere, et oracionibus vacare studiosius et deuocius valeret, elegit; et in hys perseuerando

(De morte regis Lodouici.)

220. Tandem hanc vitam laboriosam derelinquens, et ad vitam perpetuam aspirans, iuxta illud psalmiste: Michi autem adherere deo bonum est, ponere in domino

deo spem meam; vocatione diuina ex hoc mundo (96a) migrauit undecima die mensis Septembris. Et parum antea apparuit cometa mirabilis. Tantus autem luctus eo mortuo in regno fuit, ut omnes quasi mortem suam deflerent. Et sepultus in urbe Albe regalis in capella quam ipse in latere ecclesie beate Virginis collegiate construxit, anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo secundo. Regnauit autem quadraginta uno annis et viginti duobus diebus.

(De coronatione Marie filie regis Lodouici.)

221. Post obitum regis Lodouici coronata fuit corona regia domina Maria filia eius, que fuit data in matrimonium Sigismundo filio Karoli imperatoris et regis Bohemie. Que quidem domina Maria regnauit quatuor forte annis, et tradidit ius regni ipsi Sigismundo marito suo, consensitque se viuente eundem corona regia sancti regis Stephani coronari. Aliquanto vero post et ipsa mortua est, sepultaque in ecclesia Waradiensi. In hac regina Maria tandem deficit semen utriusque sexus sanctorum regum regni Hungarie.

(De coronatione regis Sigismundi filii Karoli imperatoris et regis Bohemie.)

222. (97a) Sigismundus rex filius imperatoris et regis Bohemie, de consensu et voluntate communi prelatorum baronum et nobilium Hungarie fuit electus in regem, coronatusque vicesimo anno etatis sue. Et regnavit in toto annis quinquaginta et mensibus nouem. Hic post obitum domine Marie, que decessit sine prole accepit in uxorem Barbaram filiam Hermanni comitis Cilie, ex qua genuit unicam filiam Elizabeth nomine, quam postmodum tradidit coniugem Alberto duci Austrie. Deinde idem rex Sigismundus electus fuit in regem Romanorum

et Bohemie: postremo coronatus Rome in imperatorem. Obyt autem anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo septimo, etatis sue anno septuagesimo primo, sepultusque in ecclesia Waradiensi.

(De coronatione regis Alberti.)

223. Post regem Sigismundum electus fuit in regem Albertus dux Austrie gener ipsius in fauorem Elizabeth filie eiusdem Sigismundi, uxoris scilicet Alberti. (97b) Coronatusque fuit in die Circumcisionis domini anno eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo octauo. Et regnauit anno uno et mensibus decem, natusque est ei filius posthumus Ladizlaus nomine. Obyt autem in vigilia Symonis et Jude anno domini millesimo quadringentesimo tricesimo nono, sepultus in Alba regali.

(De coronatione regis Ladizlai quinti fily regis Alberti, et quomodo Vladizlaus rex Polonie ad coronandum inducitur.)

224. Mortuo Alberto remansit Elizabeth regina contoralis eius pregnans, et nesciebatur filium an filiam esset paritura. Interim prelati et barones miserunt, pro Wladislao rege Polonie. Sed antequam ipse introduceretur, peperit filium Ladizlaum, et contradixit electioni de rege Polonie facte, et coronari fecit Ladizlaum puerum trimestrem. Nichilominus inductus fuit Wladislaus rex Polonie coronatusque corona alia, de capite reliquiarum sancti Stephani sumta. Quibus habitis regina Ladizlaum filium simul cum corona regni tradidit ad manus Friderici Romanorum regis et ducis Austrie. Regnauit autem ipse Wladislaus in dissensione regni annos prope quatuor; et in bello contra Turcos iuxta (98a) mare prope castrum Varna peryt anno domini millesimo quadringentesimo quadragesimo quarto. Hic fuit princeps optimis moribus

institutus, religiosus pius castus verax et magnanimus in armis.

(Mortuo Vladizlao et Ladizlao puero in manibus Friderici Romanorum regis existente; Johannes de Hunyad in gubernatorem regni eligitur.

225. Post Vladislaum et Ladizlao puero in manibus Friderici Romanorum regis existente, cum status regni declinaret in periculum, electus fuit in gubernatorem felicis memorie Johannes de Hunyad tunc voyuoda transsiluanus, qui gubernauit regnum annos prope octo. Multa egit prelia, sepissime profugauit[1]) turcos, ipse eciam bina vice a turcis profligatus fuit. Et reduxit regnum in meliorem statum quam acceperat. Demum tradidit regimen regni in manus Ladizlai regis, per quem ob merita sua creatus fuit in comitem Bistriciensem perpetuum. Postremo repulso turcorum imperatore ab obsidione arcis seu castri Nandoralbensis, felicis victorie compos, obyt ibidem in Nandoralba anno domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo sexto, sepultusque est in ecclesia Albensi transsiluana.

(De reductione Ladizlai regis in Hungariam.

226. (98b) Ladislaus filius Alberti Romanorum Hungarie et Bohemie regis, circa duodecimum etatis sue annum ereptus fuit de manibus Friderici regis Romanorum, corona regni Hungarie nichilominus per eundem Fridericum retenta. Hic fuit iuuenis probis moribus pollens, pudicus et fidelis, et pro etate prudens, cepitque regere viuente adhuc Johanne gubernatore. Postea cum esset in Bohemia obyt Prage anno etatis et coronacionis sue decimo

[1]) profliganit. B.

lonie, eidemque admodum esset infestus, nec pro tunc commodum et utilitatem reipublice regni sui curaret, Hungaria ipsa, quasi principe destituta, media pace atque taciturnitate dies duceret iocundos: tunc immanissimi turci illi christianitatis emuli explorata parte regni, sub medio silencio transuadato Danubio atque Marusio, feria secunda post festum beate Dorothee virginis in anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quarto, agili cursu ante diluculum surgentis aurore ciuitatem illam opulentissimam Waradiensem, ciuibus et diuicys omnibus plenam, cui inter ceteras regni urbes (99b) in rebus vix erat par, insidiose inuadendo, eam penitus expoliantes innumerabilem thesaurum atque copiosum tam in auro quam in argento, sed et mercancys et rebus inde haurientes, necnon de ipsa et circumiacentibus suis prouincys quamplurimos nobiles, proceres, ciues et inhabitatores ipsius terre, sexus discrecione non habita honestissimas preclarasque virgines et mulieres captiuantes, et vinctos, immisericorditer perpetuam duxerunt in captiuitatem. Bona et res eiusdem terre prede rapaci omnino exponendo. Paucis autem fuge et alie tutele cautela euadentibus, fletus fit maximus atque ululatus, super captiuitate christianorum, et amissione tantorum bonorum direptorum. Modo sternuntur senes, iugulantur vidue, decapitantur adulte, proiciuntur infantes et moriuntur frigore. Depredata igitur et spoliata ciuitate predicta, quę prius felix ciuitas vocabatur, non tamen felix, sed infelicissima dici potest, feria tercia sequenti capta preda turci predicti eandem ignis voragine funditus combusserunt. Ruunt claustra et ecclesie in ea constructe, modo non apparent nisi lapides exusti. Detulerunt eciam quasi uniuersa ornamenta ecclesiarum predictarum, puta indumenta sacerdotalia gemmis atque lapidibus preciosis regia facultate conserta, cruces calices reliquias tabulas, et reliquiarum diuersarum capsas ex auro et argento factas, proiecceruntque abhominabiliter tam reliquias dominici corporis in pixidibus repertas, quam sanctorum in eisdem repositas. Quid modo restat nisi castrum et monasterium ecclesie basilice, non tamen integrum, quia metu ignitorum telorum tectura est priuatum. Et sic tandem incine-

gracz voyuodam transsiluanensem cum certis fidelibus de(101a)-putauit. Quibus ad vota ipsius domini regis exinde feliciter reuertentibus, et de matrimonio cum ipsa puella legittime fide data, et anulo suo subarrata precedente, idem rex socer domini nostri regis quosdam suos ambasiatores, puta dominum archiepiscopum, et palatinum e regno suo, quod ut accepi ab eisdem, distaret triginta duobus miliaribus ultra Romam, cum honesta comitiua ad regnum Hungarie, una cum eisdem accersitos usque deputauit. Exenia multa, et equos tres Apulienses una cum optimis sellis per eosdem transmittens. Qui dominum regem usque Slesiam conquestrare ad mandatum eiusdem studuerunt, circa festum beati Anthoni confessoris in anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto de Buda recedentes.

232. Ipsis itaque diebus turci illi immanissimi hostes nostri et continua preda animati, ut accepi in scriptis, cum centenis et viginti milibus paganorum Moldauiam terram sacre corone subiectam, ea intencione ut dicitur, quod exinde si victores fuissent, totum regnum Hungarie inuadere procurassent, hostiliter subintrantes, ubi Stephanus voyuoda Moldouiensis cum siculis nostris et wolachys et ruthenis quantocius coadunatis, et illorum agmine se stipans, eisdem turcis tamquam bonus protector patrie et gentis sue, viriliter se opponens in medio regni sui, paratus mori pro suis, habito trium dierum et noctium acerbissimo conflictu, diuina gracia assistente potitus victoria, turcos ipsos pene excidio finali tradidisset. Ibi et Bassa viceimperator, sed et aly pociores octo voyuode, qui ipsi exercitui prefuissent sine mora capti sunt, et detenti. Super omnia benedictus deus! qui inimicos nostros capitales in manus tradidit, iniurias nostras vindicando. Quantos autem captiuos, quantasue gazas et lucrum ipsi victores exinde habuerunt, nulli est obnubilum.

233. (101b) Istud eciam memorie commendare censui, quod cum feria quarta proxima ante festum beati Galli confessoris in anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono seuissimi turci illi immanissimi hostes nostri, sumpta audacia

26

de partibus transalpinis, una cum woyuoda Kysbazarad vocitat, qui se sponte principi turcorum subdiderat, cum ingenti copia, ut dicitur triginta quatuor millibus equitibus partes Transsil-uanenses per viam Kelnek subintrantes, maximamque multitu-dinem hominum preda celeri capientes, dum leti exhine reuerti voluissent, tunc ille maximus et animo audax Stephanus de Bathor woyuoda ipsarum parcium transsiluanarum, ut bonus protector gentis sibi deputate, spem in deo ponens, cum mag-nifico et potenti serenissimo principe Bartholomeo Dragfy de Beltewk, pariter cum magnifico Paulo de Kynys comite Teme-siensi, et alys militibus aule maiestatis regie, scilicet quibusdam gentibus per certos prelatos et barones regni de mandato regio cum ipsis Bartholomeo Dragfy et Paulo Kynysi depu-tatis et existentibus, in campo Kenyermezeye prope oppidum Zazwaros cum suis viriliter obuiam agminum ipsorum turco-rum opponens, et acies suas per series disponens, conflictum memorabile fecisset, deo sibi adiutore peracta pugna, quam maxima potitus victoria, triumphum obtinuisset laudabilem contra turcos prenotatos, turcis ipsis pene ibidem interfectis, paucis autem per ampnes et alpes fuge presidio euadentibus, woyuodis Zkenderbeg et Ezebeg ibidem interfectis. In quo eciam prelio idem Stephanus woyuoda in femore wlneratus, sed tandem pristine sanitati auxilio medicorum restitutus; non-nulli proceres et nobiles, pociores atque incole et Saxones ipsarum parcium transsiluanarum subcubuere interempti. Pro qua quidem victoria reoptenta sit benedictus ipse deus, qui dedit seruis suis contra inimicos gloriosam victoriam. Amen.

(Epistola Ferdinandi Siciliae regis ad Matthiam regem.)

234. (102a) Serenissime princeps et fili mi carissime! Quod py regis et christiani est agis. Deo gracias refero, uti ex literis celsitudinis tue accepi, pro coniugio Beatricis mee filie tibi iam sponse. Ac pre te fers insitum quemdam a na-tura in me amorem et studium, teque teneris ab annis insti-

utum quasi diuino quodam presagio ut me singulari quadam beniuolentia fueris prosecutus. Ego excellentissime domine rex, quoniam bona omnia ad deum referenda sunt, pro affinitate hac summas et sempiternas deo gracias ago, atque eo maiores diuturnioresque, quod tecum, quem semper amaui, cuius eciam virtutes admiratus sum, filiam michi carissimam collocauerim. Sit igitur iterum felix et faustum, et quod a nobis consuetudinibus (sic) *animus factus est, id deus ipse fortunet; cetera celsitudo tua a suis meisque oratoribus plane intellexit, que eidem eque ac michi ipsi gratissima fore spero. Quod autem ad dominum Albensem attinet, ego rex inclite et fily carissime, tua causa sic rem hanc complectar, ut pro Albensis amplitudine ac dignitate nichil sim omnino praetermissurus. Et quoniam breui Romam profecturus sum sumpmum que pontificem aditurus, coram eius sanctitate de Albensis cardinalatu agam et ita quidem agam, ut rem hanc prorsus conficiam. Illudque summo studio curaturus, ut contra immanes turci conatus subsidium celsitudini tue ab eius beatitudine decernatur; ac rerum tuarum omnium ea racio habeatur, ut negocia serenitatis tue omnia, ea qua debent auctoritate, atque uti par est habeantur. Neque enim carissime fili rebus ullis tuis vel pacis, vel belli defecturus sum; te michi in generum delegi, tu me in socerum; ego te in filium, ipse me in patrem. An socer genero, aut pater filio aut consilio aut opere defecturus? — nunquam sum. Communicauimus sanguinem, ut facultates et regna quasi simul communicaremus. Deus optimus maximus, in cuius manu regum res posite sunt, regna nostra et nos ipsos sic aspiciat, ut nouam affinitatem, veterem beniuolenciam, mutuis assiduisque beneficys seruare atque augere possimus. Valeat feliciter celsitudo tua. Dabam in terra nostra sancti Seuerini, die vigesimo secundo Nouembris anno domini millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto. Ferdinandus eadem gracia rex Sicilie et Jerusalem.*

(Epilogus.)

235. (102b) Tandem qualiter huiusmodi matrimoniu[illegible]n domini Mathie regis cum filia dicti Ferdinandi regis Beatri[illegible]e circa festum Epiphaniarum domini aut ipso die in anno do[illegible]o mini millesimo quadringentesimo septuagesimo sexto consumma[illegible]a tum feliciter extitit, alibi satis recitaui. De tripudio solemnitat[illegible]t felicis coronacionis ipsius domine regine, qua in ciuitate A[illegible]l bensi potita est; et qualiter cum magno iubilo per omne[illegible]e prelatos et barones tocius regni dempto Johanne teutonico a[illegible]r chiepiscopo Strigoniensi, qui nescitur unde motus domino re[illegible]gi rebellando ad partes Almanie auffugit, Budam comitata es[illegible]t, hic scribere seriatim omisi.

Subiungimus hic ne quid lector ad familiam horum chronicorum pertinens desideret. praefationem exordium et conclusionem editionis Budensis. Haec omisso prologo: „Multifarie multisque modis —" quem et Keza et codex Sambuci habent, incipit a genealogia filiorum Noe, et aedificationem turris per Nemroth: „Porro cum per cladem diluvii —" congruitque cum supra memoratis usque ad venationem Hunor et Mogor: „Accidit autem dierum una —" ubi demum Dubnicensis, et ceteri huius familiae codices consentiunt.

Ad venerandum dominum Ladizlaum prepositum ecclesie Budensis, prothonotarium apostolicum necnon vicecancellarium serenissimi regis Mathie

In Cronica hungarorum Andree Prefatio.

Cum superiori tempore, venerande domine, in Latio versarer, viderem que quanto emolumento ac decori hominum generi hi viri forent, qui magno prestantes ingenio suam diuinam industriam in comprimendis libris adhibebant: placuit mihi tam dignum tamque excellens studium mea pro virili capessere. Ut si quid demum assequi possem, id non in meam duntaxat: verum etiam plurium mortalium utilitatem conuerterem. Unde cum dei benignitate pro voto meo aliquantisper profecissem, et ob

id rei ad inclytum Hungarie regnum tua gratia accersitus venirem, essemque non parum ociosus: suscepi laborem ingentem dierumque plenum, imprimendi videlicet cronicum Pannonie opus; laborem inquam, quem omnibus hungaris iocundum fore putaui. Quandoquidem ut quis natale solum unice diligit, reliquisque orbis terrarum partibus longe anteponit; ita et suorum, qualem vitam egerint, quique vernaticus scire plurimum exoptat: ut si qua preclara, memoratuque digna conspexerit, imitari debeat; si qua vero minus feliciter gesta compererit, doctus precauere possit. Sed cum animaduerterem, et diu mecum ipse volutarem, cui meam primam in hoc sedulitatem, pluribus diebus lucubratam dirigerem, te preter, domine mi obseruandissime, inuenio neminem. Quippe et tu de me optime meritus es; et sine te susceptus labor neque iniri neque expleri potuisset. Accipe itaque hoc munusculum nostrum, iure quodam tue excellentie dedicandum; ut qui videlicet potissima laboris causa extitisti, ipsius quoque operis particeps esse debeas. Et si qua in dies maiora excudemus, tuo etiam illustri nomini dedicanda putabimus.

Incipit prima pars Cronice

de origine hungarorum, de descensu de Scitia in Pannoniam, de bellis contra diuersas nationes habitis, ac de expulsione eorundem, et reditu in Scitiam.

1. Porro cum per cladem diluuii preter Noe et tres filios eius ac uxores eorum deleta esset omnis caro, tandem ex Sem Cham et Japhet septuaginta due tribus post diluuium sunt progresse. Ex Sem XXII, ex Cham XXX tres, ex Japhet decem septem. Dum autem iste tribus[1], sicut refert Josephus hebraica lingua[2]) uterentur, CCo primo anno post diluuium Nemroth gigas filius Tana[3]) ex

[1]) tribus iste. S. [2]) ling. hebr, [3]) Nembroth Thana.

semine Japhet oriundus cepit turrem construere cum omni cognatione sua. Periculum preteritum[1]) attendendo, ut si contingeret diluuium iterari, possent effugere[2]) iudicium ultionis turris interfugio. Diuini vero misterii arbitrata sentencia, cui non valet resistere humanus intellectus, sic illorum mutauit loquelam ac confudit[3]), ut dum proximus a proximo non posset intelligi, tandem in diuersas regiones sunt dispersi. Fecerat enim in turri ipsa, sicut refert Josephus, deorum templa ex auro purissimo, palacia lapidibus pretiosis, columpnas aureas ac plateas diuersimode petris coloratis et diuersis abstractis. Et turris ipsa in quadrum subleuata ab uno angulo in alio habens passus[4]) longitudinis mile et quindecim[5]), latitudinis totidem. Quantitas vero altitudinis finita nondum erat, sed usque ad lunarem circulum[6]) cogitatu illorum debebat subleuari. Grossitudo autem fundamenti, trecentorum passuum erat; paulatim quidem artabatur, ut preminens pondus posset leuius sustentare[7]) grossitudo fundamenti. Sita enim erat inter Nubiam et Egyptum, cuius antiqualia cernuntur usquo hodie euntibus de Ymphis Alexandriam.[8])

2. Nemroth[9]) gigas post linguarum confusionem terram Euilath dicitur introisse[10]) que regio Persiden isto tempore nominabatur[11]), ibique duos filios Hunor scilicet et Magor de Enech[12]) sua coniuge generauit, ex quibus huni siue hungari sunt egressi. Sed gigas Nemroth[13]) uxores alias sine Enech habuisse perhibetur, ex quibus absque Hunor et Magor plures filios et filias generauit. Hy sui fily et eorum posteritas Persiden inhabitant regionem; statura et colore similes hunis, tantummodo differunt parum in

[1]) predictum. [2]) eufugere. [3]) confundit. [4]) passuum. [5]) milia quindecim. [6]) usque lunam. [7]) substentare. [8]) Hic omittit editio sequentia, quae Keza et S. habent: Dimissis ergo incidentiis que cepte materie dant colorem, redeundum est ad incepta. (red. est ad Nemroth. K.) [9]) igitur. add. S. [10]) ter. Eu. introiuit. [11]) Persidem — appellatur. [12]) Mogor de Eueth. [13]) gygans Nemproth.

loquela, sicut Saxones et Turingi. Dum autem Hunor et Magor Nemroth essent primogeniti, a patre ipsorum in tabernaculis separatim inhabitabant. Accidit autem dierum una venandi causa eos perexisse etc. (Vide continuationem supra p. 5. et Simonem de Keza. II. p. 55.

In fine demum operis post precationem: „Optimus maximusque deus etiam atque etiam rogandus est, ut eum (regem Matthiam) in pace tranquilla, iusticie obseruacione, suorum dilectione, regni incremento, et diuturna demum vite incolumitate tenere, seruare et augere dignetur“ sic concludit:

Finita Bude anno domini MCCCCLXXIII, in vigilia penthecostes per Andream Hess.

II.

ADNOTATIONES CHRONOLOGICAE

IN CODICE MISSALI SECULI 12-i.

Pagina 1.

Anno ab incarnacione domini DCCCCXCVII Adalbertus episcopus martirizatus est.
DCCCCXCVIII. Geyza princeps ungarorum obiit.
DCCCCXCVIIII.
Mill. Stephanus ungarorum rex coronatus est
M.I. M.XXXV.
M,II. M XXXVI.
M.III. M.XXXVII.
M.IIII. M.XXXVII. (sic) Dedicatum est monasterium S. Benedicti et
M.V. Stefanus (sic) rex mortuus est, et Petrus in regem eleuatur.
M.VI. M.XXXVIIII.
M.VII. M.XL.
M.VIII. M.XLI Petrus rex eicitur et Abba in regem eleuatur.
M.VIIII. M.XLII. Bonipertus episcopus obiit.
M.X. M.XLIII.
M.XI. M.XLIIII. Abba rex interficitur, et Petrus in pristinum res' ituitur.
M.XII. M.XLV.
M.XIII. M.XLVI.
M.XIIII. M.XLVII. Interficiuntur episcopi Gerardus et Modestus, et
M.XV. Petrus rex dolo obcecatur, et Andreas rex eleuatur.
M.XVI. M.XLVIII.
M.XVII. M.XLVIIII.
M.XVIII. M.L.
M.XVIIII. dedicatur ecclesia S. Adriani in.
M.XX. M.LI. Henricus imperator pannoniam ingreditur.
M.XXI. M.LII. Henricus imperator castrum poson obsedit.
M.XXII. M.LIII. Samson filius Andree regis nascitur.
M.XXIII. M.LIIII.
M.XXIIII. Benedictus papa obiit.
M.XXV. M.LV. Henricus imperator obiit.
M.XXVI. M.LVI
M.XXVII. M.LVII. Andreas rex infirmatur, et Salemonem
M.XXVIII. filium suum coronauit.
M.XXVIIII. M.LVIII.
M.XXX. Gerardus episcopus ordinatur.
M.XXXI. Henricus filius Stephani regis obiit.
M.XXXII. M.LVIII(1).
M.XXXIII. M.LX. Inter Andream et fratrem eius Bela
M.XXXIIII. grauis discordia oritur. et rex Andreas moritur.

Pagina 2.

M.LXI. M.LXXXXIV.
M.LXII. M.LXXXXV.
M.LXXIII. M.LXXXXVI.
M.LXIV. M.LXXXXVII Ladizlaus rex obiit,
M.LXV. et frater eius Lampertus dux; quibus Colomannus et
M.LXVI. frater eius Almus succedunt in regnum.
M.LXVII.
M.LXVIII. ciuitas bulgarorum a rege Salomone capitur, rursumque ab isdem bulgaris et grecis dolo recipitur.
M LXIX M LXXXXVIII. Colomannus rex coronatur, et frater
M.LXX. eius Almus diadema induitur.
M LXXI. Salomon rex cum duce Magno Geyza ungarorum exercitum debellat, atque populi in captiuitatem reducuntur et bessenorum exercitus percutitur.
M.LXXII. Salomon rex bulgarense regnum inuasit.
M.LXXIII.
M.LXXIV Inter regem Salomonem et ducem Magnum grauis discordia oritur, et Salomon regno priuatur.
M.LXXV. Magnus rex coronatur.
M LXXVI. Magnus rex obiit, et frater eius Ladizlaus in regem eleuatur.
M.LXXVI. (sic) M LXXXXVIIII.
M.LXXVII.
M.LXXVIII. M.C. Cupanus episcopus interficitur a chunis, et Laurentius episcopus obiit.
M.LXXIX. M.CI. M.CIII. M.CV.
M.LXXX. M CII. M CIV. M.CVI.
M LXXXI Ladizlaus rex et Salomon frater eius pacem fecerunt, et crux domini fulgure percussa est.
M.LXXXII.
M.LXXXIII. In carcere missus, et dominus rex Stephanus et Henricus filius eius et Gerardus episcopus reuelantur, et Salomon rex fugit.
M.LXXXIV. M.CVII.
M.LXXXV. M.CVII. (sic)
M.LXXXVI. M CVIII. Colomannus rex accepit ciuitatem Zader.
M.LXXXVII. M.CVIIII.
M.LXXXVIII. M.CX.
M.LXXXIX. M.CXI.
M.LXXXX. M.CXII.
M.LXXXXI. M.CXIII.
M.LXXXXII. M CXIIII. Laurencius archiepiscopus obiit. Almus dux
M.LXXXXIII. cum rege pacificatus est.

Pagina 3.

M.CXV. M.CXXXI. M.CXXXIII. M.XXXIV. M.CXXXV.
M.CXVI. M.CXXXII. MCXXXVI.
M.CXVII. Almus dux et Bela filius eius obcecantur, et Colomanus rex mortuus est, et filius eius Stephanus iu regem eleuatur (posteriore manu et pallidiore atramento) et coronatur.
M.CXVIII. M.CXXXVII.
M.CXVIIII. M.CXXXVIII.
M.CXX. M.CXXXIX.
M.CXXI. M.CXL.
M,CXXII. M,CXLI.
M.CXXIII. M.CXLII.
M.CXXIV. M.CXLIII. Regnante gloriosissimo rege
M.CXXV. Geyza dedicatum est monasterium in
M.CXXVI. Ciploc in honore S. Marie a uenerabili.
M.CXXVII. Stephanus rex accepit episcopo Martyrio.
ciuitatem Nis. M.CXLIV.
M.CXXVIII. M.CXLV. Geyza rex tevtonicorum
M.CXXVIIII. terram intrauit et expugnauit herzog
M.CXXX. et exercitum eius fugauit.

Pagina 4.

(Eadem manu sed pallidiore atramento.)

M.CLVI. M.CLXXXV.
M.CLVII. M.CLXXXVI.
M.CLVIII. M CLXXXVI. (sic) Obiit Cumperdinus comes. Eodem anno
M.CLVIIII. dux Geyza exiens ungariam cum Lau-
M.CLX. rencio comite et multis aliis intrauit haustri-
M.CLXI. am et soror eius nupsit in grecia mater uero eius tenetur captiua in Bronz.
M.CLXII. M.CLXXXVII. Dux Geyza transiuit de haustria in
M.CLXIII. boemiam, unde a rege fratre suo reductus est in ungariam.
M.CLXIIII. Wata comes cecatur. Stephanus Colocensis episcopus deponitur.
M.CLXV. Eodem tempore mater regis in exilium in greciam mittitur.
M.CLXVI. M CLXXXVII. M.CLXXXXIII.
M.CLXVII. M CLXXXVIII. M.CLXXXXIIII.
M.CLXVIII M CLXXXVIIII M.CLXXXXV. Desiderius abbas
M.CLXVIIII. M CLXXXX. M.CLXXXXVI. depositus est.
M.CLXX. M CLXXXXI. M.CLXXXXVII.
M CLXXI. M.CLXXXXIII (sic) M CLXXXXVIII.
M.CLXXII. Geyza rex appositus est ad patres suos et filius eius Stephanus corona insignitur. Ladizlaus et Stephanus fratres Geyze regis de Grecia reuertentes Ungariam
M.CLXXIII intrauerunt et supradicto Stephano corona priuato Ladizlaus in regem eleuatur. Qui Stephanus in poson fugit. Mortuo itaque Ladizlao Stephanus frater eius regni gubernacula suscepit. Item Stephanus filius Geyza de poson exiens armata manu expugnauit
M.CLXXIIII. Stephanum fratrem Ladizlai

M.CLXXXXVIIII Buda sacerdos obiit.
M.CC. Daniel presbyter
M.CCI. ordinatur.
M.CCII.
M.CCIII. Monasterium Johan-
M CCIIII. nis B. comburitur
M CCV. iuxta Buduam situm.
M.CCVI.
M CCVIII. (sic)
M.CCVIII. (sic)
M.CCVIIII.
M.CCC.

M.CLXXV. De natura infantum ossa hominum sunt CCXVIIII et
M.CLXXVI. uene CCCCXLV. Die dominica qui natus fuit mag-
M.CLXXVII. nus erit et splendidus. Feria II fortis erit. fr. III. cupidus
M CLXXVIII erit et ferro morietur. fr. IIII tractator regni erit.
M.CLXXVIIII fr. V. effabilis (sic) erit et honorificus. fr. VI. uitalis et
M.CLXXX. multum luxuriosus. Sabato raro uitalis erit.
M.CLXXXI. Sperne deos, fugito periuria, sabbata serua
M CLXXXII. Sit tibi patris honor, sit tibi matris amor.
M.CLXXXIII. Non sis occisor, fur, mechus, testis iniquus,
M.CLXXXIIII. Vicinique thorum resque caueto suas.
M.CLXXXV. Bela frater eius de grecia
M CLXXXVI. eductus in regem eleuatur. (eadem qua chronicon manu et atramento.)

Tabula paschalis

ab anno 1151—1300.

Ab anno 1151—1182 Dominica Septuagesimae et Pascha literis tantum signantur. Ab anno 1183—1281 utrumque literis, et die mensis. A b 1281—1293 Septuagesima literis et die mensis; Pascha literis tantum. Ab 1298—300 neutrum signatur.

	Anno ab incarnatione domini MCCXVIII.XVIII-o	*(Super rasura.)*
M.CLI.	G Kalendas Decembris con-	G Hec est vita regum
BM.CLII.	f secrata est hec ecclesia	e ungarorum. Stephanus rex
M.CLIII.	D in honore beate	d regnauit XLIIII annos.
M.CLIIII.	c Marie virginis	c Petrus rex VI. Aba rex III.
M.CLV.	b a venerabili Jaco-	b Andreas rex XII. Bela rex
BM.CLVI.	a bo Nitriensi episcopo. in	g III. Salomon rex XI.
M.CLVII.	f qua continentur	f Geysa rex III. Ladizlaus
M.CLVIII.	e hee reliquie de	e rex XVI. Colomannus rex
M.CLVIIII.	d Sancta Maria virgine.	d XXII Stephanus rex
BM.CLX.	c de sancto Petro apostolo.	b XII. Bela rex VIIII.
M.CLXI.	a de sancto Georgio,	a Geysa rex XXIIII.
M.CLXII.	g martire, de sancto	g Stephanus rex XV. sunt
M.CLXIII.	f Gallo confessore, de sancto	f anni usque Bela rex XXV.
BM.CLXIIII.	e Henrico conf. de	d Henricus rex VIIII.
M CLXV.	c Sancto Gothardo conf.	c Andreas rex VI.
M.CLXVI.	b de sancta Marga-	b
M.CLXVII.	a reta v. In alta-	a
BM.CLXVIII.	g ri uero superiori quod	f
M CLXVIIII.	e die sequenti in ho-	e
M.CLXX.	d nore beati Geor-	a
M.CLXXI.	c gii martiris consecratum	c
BM.CLXXII.	b est, he habentur re-	a
M.CLXXIII	g liquie: de ligno S. de	g
M.CLXXIIII.	f de (sic) sco Johanne apostolo	f
M.CLXXV.	e et euangelista, de sancto	e
BM.CLXXVI.	d Georgio martire, de	c
M.CLXXVII.	b sancto Laurencio	b
M.CLXXVIII.	a martire de sancto	a
M.CLXXVIIII.	g Martino episcopo et	g
BM.CLXXX.	f confessore.	e

	M.CLXXXI.	a		d	
	M.CLXXXII.	c		c	
	M.CLXXXIII.	b	idus feb.	hb	XV. k. mai.
	B̄M.CLXXXIIII.	a	IIII. k. feb.	Mg	k. april.
	M.CLXXXV.	f	XIII. k. mar.	mf	XI. k. mai.
	M.CLXXXVI.	e	V. id. feb.	de	Idus aprilis.
	M.CLXXXVII.	d	VIII. k. feb.	ld	III. k. apr.
	BM.CLXXXVIII.	c	XVI. k. mar.	hb	XV. k. mai.
	M.CLXXXVIIII.	a	non feb.	Va	V. idus apr.
	M.CLXXXX.	g	XII. k. feb.	eg	VIII. k. apr.
	M.CXCI.	f	IIII. id. feb.	ef	XVIII. kal. mai.
Eleuacio	B̄M.CXCII.	e	IIII. non. feb.	qd	non. apr.
S. Ladizlay.	M.CXCIII.	c	VIII. kal. feb.	hc	V. id. apr.
	M.CXCIIII.	b	VIII. id. feb.	ab	III. id. apr.
	M.CXCV.	a	IIII. kal. feb.	na	IIII. non. apr.
	B̄M.CXCVI.	g	XII. kal. marc.	mf	XI. kal. mai.
	M.CXCVII.	e	IIII. non feb.	re	VIII. id. apr
	M CXCVIII.	d	VIII. kal. feb.	ld	IIII. kal. apr.
	M.CXCVIIII	c	XVI. kal. marc.	lc	XIII. kal. mai.
	BM.CC.	b	VIII. id. feb.	Va	V. id. apr.
	M CCI.	g	XII. kal. feb.	eg	VIII. kal. apr.
	M.CCII.	f	IIII. id. feb.	ef	XVIII. kal. mai.
Monasterium	M.CCIII.	e	IIII. non. feb.	re	VIII. id. apr.
S. Johannis b.	B̄M.CCIIII.	d	VIII. kal marc.	qc	VII. kal. mai.
comburitur.	M.CCV.	b.	VIII. id. feb.	ab	IIII. id. apr.

In reliquis usque MCCC. adnotationes historicae nullae. Altera tabula paschalis ab anno MCLXXI–MCCLXXVI. appositis etiam diebus festis.

M.CLXXI. c. VIIII. kal. feb. Timothei e. V. kal. apr. Rogati. (al. m. pallidiore atramento) Aduentus Bele R.
M.CLXXII. b. id. feb. formichit. a. XVI. kal. mai. Anacleti.
M.CXCII. (al. m.) Eleuacio S. Ladyzl.
M.CXCVI. — — Θ bela rex.
M.CCXLI. (al. m.) Vxor Johannis occiditur, et uxor Chucar
et uxor (rasus locus vix vestigia vocis conspiciuntur)
— — a Cumanis captiuatur.

III.

CHRONICON MONACENSE.

Nomina regum Hungarie.

Atyla anno domini CCCCL-o cepit regnare.
S. Stephanus filius Michaelis filii Toxim anno domini IXC.LXIX.
Petrus.
Aba concurrens Petri.
Andreas anno domini MXLVII.
Salomon.
Bela concurrens Salomonis
Geysa.
S. Ladislaus.
Colomannus anno domini MXCV.
Steffanus filius Colomanni.
Bela cecus.
Geysa filius Bele.
Steffanus Geyse filius.
Steffanus frater Geyche
Bela frater Geyche.
Emericus filius Bele proximi
Ladislaus filius Emerici.
Andreas pater B. Elizabeth filius Bele tercii.
Bela filius illius Andree.
Stephanus filius Bele.
Ladislaus filius Stephani
Andreas de Venecys
Karolus concurrens, per papam introductus.
Ludowicus potens.
Sigismundus.
Albertus.
Ladislaus.
Mathias (**alia manu et diverso atramento**)
Fladislaus.
Ludovicus filius illius Fladislai.

preficitur. Buda fratre suo de flumine Tische usque Danubium principe et rectore constituto. Rex igitur ita denominari voluit: Atyla dei gracia filius Bendekus nepos magni Magor, nutritus in Engadi, rex hunorum medorum gottorum danorum, metus orbis terre, et flagellum dei Hic rex mirifice astutus et armis fulcitus, auro gemmisque habundabat. Expedicio vero sua demptis extraneis decies centenis milibus armatorum replebatur etc.

5. Hunis itaque ultra Tisciam cum uxoribus residentibus, rex Atyla ibidem curiam congregauit, que Detricus cum princibus Germanie etc. regi (se) obmagio submisit, et illius suasu rex proclamato exercitu exiuit de Sicambria. Primo illiricos inuasit, deinde Constancie regnum pertransiuit. Cui Sigismundus rex occurrit circa Basileam cum exercitu magno, quem rex Atyla conterens suo dominio subiugauit; et postea Argentinam obsedit, et expugnauit; muro eius in diuersis partibus demolito cunctis venientibus patebat ingressus. Edixitque ne suo tempore murus restitueretur; et quod inantea ciuitas ipsa non Argentina sed Straspurg vocaretur.

6. Exinde Bisanciam Burgundiam et Lugdunum destrui fecit, et dimissa parte exercitus sui, a quodam patricio romanorum Encio et X principibus occidentis inuaditur, et populi concitantur. Habuit inde a mane usque noctem (prelium) tam arduum; ut sibi contigisse nemo memoretur. Ab illo itaque die eleuatum est cor hunorum, timorque percussit orbem terre, ita ut plura regna ei Atile tributo seruirent. Venit post hoc Atila Tolosanam (ciuitatem), ubi laudabiliter receptus abiit contra Remensem ciuitatem, et occupauit, atque omnes quos ibi reperit igne et gladio deuastauit. Tota igitur Francia et Flandria demolita Coloniam peruenit, ubi hunorum crudelitas sanctam Vrsulam cum sodalibus interemit. Demum in Turingiam profectus, apud Ysinacum curiam celebrauit, et super dacos normanos frisones lythuanos et prutenos exercitum destinauit, quos deuictos sibi fecit deseruire.

interpellatus Atylam adiit et in campo colloquebantur, Leone censum romanorum quo adueniret offerente, ne arianis practicis Atyla christianos lederet. Ipsis namque sic confabulantibus desubito apparuit homo in aere habens gladium in manu sua, et minabatur caput regis amputare. Huius timore rex annuit Leonis petitionem, et Rauennam intrans archipresulem cum suis sequacibus cepit exegitque LX milia marcarum auri, ab eodem, necato nichilominus. Postea cum omni suo exercitu Pannoniam est reuersus, cupiens Egiptum Assirios et Affricam sibi subiugare.

9. Atila rex duxit in uxorem Mikolch filiam regis Bractanorum, supra modum formosam, et ob id modum excessit in coitu. sicut consueuerat in bibendo. Completoque libidinis iguine,[1]) dormienti sanguis e naribus profluens et ori se mergens suffocatur. De cuius morte totus mundus obstupuit, ob pluralitatem filiorum; dissenserunt ergo omnes in rege eligendo. Huni Chabam, Detricus Aladarium regem concluserunt; inter quos accerrimum bellum committitur adeo, quod a Sicambria usque Potencianam Danubius germanorum occisorum cruore XV diebus rubesceret. Quod bellum hodie ab ungaris Crimheld vocitatur. Detricus autem tradimento Chabam superans hunis omnibus et Atyle filiis deletis, XV duntaxat milibus hunorum superstitibus, cum quibus Chaba Honorium grecorum imperatorem accedens effecit; ut in Scythiam moraturus veniret.

10. Hic Chaba in Scythia genuit Edemen et Ed. Remanserunt autem III milia hunorum in Pannonia, qui Erdeelew intrarunt, non se hungaros, sed Zekul vocantes. Illi hunis iterum Chabe monitu, ut ex Scythia iterum Pannoniam irent accersitis, in Ruthenia occurrunt, cum quibus Edemen ierat, Chaba patre et Ed fratre in Scythia remanentibus. Et notandum, quod a tempore belli Krimhelt Pannonia extitit X annis sine rege.

---

[1]) Sic Cod.

Huni eum insequuntur usque in Danubium; in quem cum se precipitasset submersus est. Ipso igitur deuicto et mortuo Arpad castra fixit in monte Noe prope Albam, et ille locus est primus quem sibi Arpad in Pannonia elegit. Vnde ciuitas Alba per sanctum Stephanum regem qui de ipso processit fundata est ibi.

15. Secundus capitaneus Zoboloth. Tercius capitaneus Gyula, qui fuerat dux magnus et potens, qui ciuitatem magnam in Erdelw in venacione sua inuenerat, que ą romanis constructa fuerat. Quartus capitaneus Cund. Quintus Leel. Sextus Werbulchu. Septimus capitaneus Vrs.

16. Temporibus igitur Toxun exercitus hungarorum pro spolys accipiendis versus Galliam transyt, et cum redirent Reno transmeato diuisus est in tres patres: due sine honore, una cum honore in Hungariam descendebat. Quam dux Saxonie aput Ysnacum sine septem Hungaris omnes interfecit. Illis septem auribus amputatis in Hungariam missis. Ab hungaris deinceps spreti sunt, et Lazari vocabantur.

Qui ex gentibus exteris adierunt.

17. Deodatus de comitibus S. Seuerini de Apulia fundator monastery Tata; qui quidem sorciebatur nomen, et cum S. Adalberto pragensi episcopo sanctum Stephanum baptizauit. Wolfgerus de Alamania cum fratre suo Hedrico de comitibus Henneberg ortus, cum III.C dextrarys introiuit, cui dux Geycha montem Kyscen et insulam Danuby circa Jaurinum dedit. Vecellinus de Wasserburg bauarus, qui cum sancto Stephano in Simigio Capan ducem interfecit. Adierunt eciam istis diebus Hunt et Paznan, qui sanctum Stephanum regem in fluuio Garon gladio, teutonico more accinxerunt. Pott de Altenburg tempore Salomonis regis venit in Pannoniam, et est vocatus Hernestus, seu Pott, qui nuncius inter imperatorem Conradum et regem Andream fuit. Intrant post hoc Oli-

uerius et Ratoldus tempore regis Colomanni de regno Apulorum. Herman cum regina Keysla introiuit, liber homo de Nurnberg hereditate pauper. Buzad, rex Stephanus filius secundi Bele introduxit. Keleed de prosapia Meyssis diebus Geythe regis fily secundi bele descendit in Pannoniam cum dextrarys LX. Simon et Michael fratres tempore Andree regis fily Bele tertii descenderunt de Ispania cum secunda uxore regis Andree que fuit de Campania.

Introitus diuersarum nationum.

18. Preterea intrauerunt in Hungariam temporibus Geythe et S. Stephani regum bohemi poloni greci yspani ysmahelite seu sarraceni bessi armeni turingi misnenses renenses cumani latini, quorum naciones et origines ignorantur; tamen per contractus matrimonii nobilitatem pariter cum ceteris sunt consecuti.

Gesta tempore Toxun ducis.

19. Hungaris itaque in Pannoniam venientibus per VI annos arma et equos meliorare ceperunt. Anno VII-o Morauiam et Bohemiam, in quibus tunc Vratislaus dux rexit, crudeliter spoliauerunt. Exinde Carinthiam inuadunt hostiliter, ubi duces Morauie et Carinthie interficiunt, patriarcha Aquilegiensi fugiente. Insuper Carinthia spoliata, simul cum Carniolia et Styria, cum ere grauidi sunt reuersi. Quod cum imperator Conradus intellexit, profectus est contra hungaros; sed e media via est reuocatus intestinorum bellorum in Roma occasione.

Hungari deuastant Bulgariam.

20. Inuaserunt hungari Bulgariam. thesauros et arma innumerabilia capiunt, castra quoque et ciuitates,

que usque hodie possident. Intrant postea Longobardiam, ibi Paduam igne et gladio consumpserunt, et postea Linther Vercellensem episcopum, imperatoris Karoli consiliarium occiderunt, et thesaurum maximum ipsius ecclesie receperunt, et cum maximo spolio in Pannoniam reuertuntur. Pausant igitur X annis. Exinde Saxoniam Turingiam Sueuiam Franciamque orientalem et Burgundiam demoliti, interfectis multis milibus Almanorum ipsos insequencium, et de suis circa tria milia virorum perditis in Hungariam redierunt, ubi XVI annis quieuerunt.

De morte Leel et Bulchu capitaneorum, et de obsidione ciuitatis Auguste.

21. Regnante per Almaniam Conrado primo, hungari egressi, quibusdam partibus Teutonie deuastatis, cum ad urbem Augustam peruenissent, Vlrico episcopo cum ciuibus et Sueuie primatibus resistentibus; tandem cum hungari eandem obsiderent ciuitatem obstinati, nolentes de urbe recedere, missis nuncys ad Conradum, ut celeriter urbanis succurreret, idem non obmisit. Hungaris igitur se incaute circa obsessionem ciuitatis ingerentibus, alamannus et ytalicus exercitus illos inuasit ex obrupto; ut si fugere voluissent, non potuissent, ex una parte fluuioli qui illis diebus per canales mirabiliter inundauerant, impedimentum facientes; ab altera vero ab exercitibus predictis circumuallantibus sicut murus illosque constringentibus. Sic itaque artati ab hostibus, quidam captiuati ab eis, aliqui crudeliter sunt necati. In quo loco Leel et Bulchu capitanei captiuati sunt et ducti coram cesare. Quos cum cesar requireret, quare christianis essent sic crudeles, dicunt: Nos sumus ultio summi dei, ab ipso vobis in flagellum destinati. Tunc enim per vos captiuamur, et occidimur, cum presequi vos cessamus. Quibus imperator; eligite vobis mortem qualem vultis. Cui Leel ait; afferatur michi tuba mea, cum qua primum bucci-

nans, post hec tibi respondebo. Allataque est tuba ei, et appropinquans cesari, cum se ingereret ad buccinandum, ipsum cesarem sic fortiter in fronte cum tuba percussit, ut illo solo ictu imperator moreretur. Dixitque ei: Tu preibis ante me, michique in alio seculo eris seruiturus. Est enim fides sciticorum, ut quoscunque viuentes occidunt, in alio seculo seruitores habeant. Detentique sunt sine mora et Ratispone suspensi.

22. Alius vero exercitus hungarorum, in quo erant bene virorum armatorum XL milia, qui longe ab Augusta fuit, in quandam insulam se recepit, et dum cesaris exercitus iam se diuideret, maiorem partem versus Renum tendentem hungari inuadunt, equos sagittis occidendo ipsorum, ipsos eciam conducendo, ut neque procedere neque retrocedere quirent. Capti ergo sunt; cum quibus hungari residuos, quos ex eis Ratisponam captiuos ductos sciuerant, redemerunt. Et progredientes monasterium Wlda combusserunt, ubi multum auri hauserunt. Abinde vero Lottoringie ducatum vastarunt, et prope Argentinam, Lottoringie ducem Erhardum, et Bertoldum Brawancie ducem decollauerunt. Demum in Gallia seuierunt. Hungari vero territoria Metense Treuirense et Aquisgrani deuastauere. Vltimo per obrupta moncium. Senoninsium, per populos eterni martis montibus perforatis (per) planum Lombardie redierunt, et ad propria sunt profecti.

Greci deuicuntur per hungaros.

23. Venerunt autem sequenti anno hungari Idropolim, qua expugnata Constantinopolim obsederunt. Ex qua grecus ut gigas mittebatur impetens duos ex hungaris secum luctare, quos ut ait, si non deuicisset, imperator grecorum hungaris censu teneretur. Vnus ergo ex hungaris greco illi opponitur nomine Bothond, qui iussu sui capitanei in porta urbis metallina vires suas cum dolabro declarauit, et ictu preforauit, ut puer V. annorum

penetrare potuisset. Luctabatur porro in area, et grecus per ungarum in terram detruditur et spiritum exalat. Imperator autem grecorum cum coniuge conspicientes verebantur, nec censum dedit imperator. Propterea hungari redeuntes depopulati sunt totam Greciam, haurientes aurum, gemmas, et armenta infinita.

De ortu S. Stephani regis.

24. *Genitus est sanctus Stephanus* primus rex hungarorum *a patre Mich'l* qui fuit filius Toxun, anno domini nongentesimo LXIX, et matre Sarolth filia Gyula. Hic Stephanus habuit filium nomine Emericus sanctum. Gessit eciam sanctus idem Stephanus in sua adolescentia bellum contra Cupan filium Zyrind, ducis *tempore Geyche patrui S. Stephani.* Illo Geycha mortuo Cupan voluit matrem S. Stephani regis sibi per incestuosum copulare connubium, et sanctum Stephanum occidere. Sanctus Stephanus interuentu sancti Martini confessoris a deo implorat auxilium, et exercitu congregato obuiam venit hosti Cupan, et in flumine Goron primitus ut predicitur gladio accingitur, ad sui corporis custodiam Hunt et Gazna constitutis. Super exercitum vero Wentzelinum Almanum principem fecit. Sanctus Stephanus victor existit, Cupan a quodam comite interempto, et iussu regis in quatuor partes diuiso. Partes ipse in portas Strigoniensis Wespremensis Jauriensis prouincie, et Erdelw misse sunt, et omnes coloni et redditus prouincie Cupan per sanctum Stephanum cenobio sancti Martini cum decimis frugum et pecorum sunt donati.

Pugna inter sanctum Stephanum et Gyula.

25. Postquam sanctus Stephanus regie celsitudinis coronam diuinitus est adeptus, mouit bellum Gyule auunculo gubernatori parcium transsiluanarum anno domini MII. Capto Gyula (cum) uxore et duobus filiis, in Hun-

Moritur sanctus Stephanus

29. Anno regni sui XLVI, de mense Augusto; et in basilica Albensi sepelitur, et omnis populus regni planxit adeo, quod tribus annis sequentibus corea nunquam visa est, neque genus musicorum exauditum. At regina Keysla cum Buda Petrum Alamannum vel pocius Venetum, fratrem eiusdem ,regine regem preficere statuerunt, quatenus regina motus sue voluntatis pro libidine exerceret, et regnum teutonicis subderetur. Wilhelmus autem pater Petri fuit frater Sigismundi regis Burgundie postea perempti, quo facto Wilhelmus venerat ad imperatorem; quem imperator collocauit Venecys, et dederat sibi sororem suam Gerdrud in uxorem, ex qua Keysla regina genita est, Mortua Gerdrud Wilhelmus duxit sororem sancti Stephani regis, de qua Petrus iste procreatus est.

30. Postquam autem Petrus est factus rex, nobiles Hungarie aspernabatur, bona terre cum teutonicis et latinis deuorando, castella et castra dedit teutonicis custodienda. Erat preterea suo tempore omnis pudicicie cultus abiectus adeo ut satellitum insultu virgines impune raperentur. Hungari regi super huiusmodi conquesti sunt. Sed rex non curabat, ymo dicebat se velle omnes principatus, dominia et iudicia cum teutonicis constituere, et Hungariam cum teutonicis implere; et quod hungari dicerentur ab angariando, quod sepe deberent angariari. Vngari vero congregati, et communicato consilio episcoporum, constituerunt Abam in regem, qui fuit sororius sancti Stephani regis. Quod cum Petrus vidisset fugit in Bauariam ad imperatorem Heinricum Buda interim et Sebus cum duobus filys perimuntur.

31. Aba igitur regali potestate sublimatus, in regem est consecratus, et tercio anno regni sui Petrus cum Heinrico rege teutonicorum descendit in Hungariam cum exercitu magno contra Abam. Aba anno domini MXLII misit nuncios ad cesarem si nam inimicaretur ei pro eo,

quod Petrum expulerat. Cesar respondit firmando. Aba congregato exercitu inuasit Austriam et Bauariam, et ex utraque parte Danubii bipartitis alis pugnatorum percussit eos in ore glady, tulitque plurima spolia et captiuos et in Tulnam peruenit. Exhinc sequenti die cum innumerabili multitudine captiuorum in Hungariam reuertitur. Post hoc misit bellatores in Carinthiam, qui plures nacti a Godfrido marchione Austrie prope Petouiam sunt superati. Cesar autem Colonie cum principibus consiliatus quomodo vindictam de hungaris accepturus esset, concludebatur, Cesarem hungaros inuadere oportere.

32. Anno sequenti Aba rex missis legatis ad cesarem que pacis sunt querebat, promittens captiuorum dimissionem quos habebat, eorum autem quos reddere non potuit condignam compensacionem. Cesar vero voluit eos accersiri qui in Bavaria lesi fuerant. Post hoc cesar venit ad terminos Hungarie, in crastinum expugnare disposuit (obstacula). Sed muneribus allectus, et proprys prepeditus negocys redyt Bisancium in Burgundia. Exhinc Aba seuire cepit in hungaros, et iusiurandum violasse pro paruo putabat, contempsit nobiles, et cum rusticis habuit commune. Nobiles conspirarunt ut ipsum occiderent; quidam autem notificauit regi. Rex fecit interfici quos capere potuit sine iudicy examine. Nam L viros nobiles sub pretextu consily in quadam domo conclusit, et truncari fecit. Coniurabant autem contra eum multi, ex quibus quidam cesarem adeunt dicentes vicia Abe[1]) instigauerunt-que Cesarem, ut super Abam regem iniuriam vindicaret, qui eciam nondum cesaris captiuos dimiserat, prout iurauit. Cesar congregato exercitu sub simulacione quadam, pacta et promissa regis postulando in marchiam Austrie venit, reuersurus. Nuncy autem Abe veniunt ad cesarem exactionem promissorum preueniendo, hungaros quosdam. qui ad cesarem confugerant Abe restitui pecierunt. Sed cesar

[1]) Petri. C.

renuit et intrauit Hungariam, et in Menfew iuxta Jaurinum ei rex occurrit cum magna multitudine armatorum nimium presumens de victoria. Rex namque Petrus adhuc fidos habebat in Hungaria, et in Abe exercitu, qui vexillum Abe in terram prostrarunt, alioquin Aba victor extitisset. Commisso igitur prelio utrinque diu et acriter pugnatum est, et cesar vincit. Abam fugientem versus Tisciam hungari in villa Scoobe iugulant. Cesar gratias egit deo humiliter et deuote ante crucem sanctam, eo quod illo die ab hungaris esset victor ereptus. Ex teutonicis infinita corruit multitudo, ita quod idem locus usque hodie in lingua eorum ferlorum payer; hungarica vero lingua westuepreti nominatur. Et maximus erat fetor etc. Interea hungari congregati supplices venerunt ad cesarem veniam et misericordiam implorantes, quos cesar placide recepit, et peticioni eorum annuit. Indeque cum omni multitudine sua Albam venit, ubi ab hungaris summo honore accipitur. Et Petrum regem viceuersa regali corone restitutum in throno regali in ecclesia ibidem sedere fecit, ibique ipsum cum hungaris reconciliauit, et eo relicto in Hungaria cum prosperitate Ratisponam redyt.

33. Sequenti anno reuersus est cesar in Hungariam, cui rex Petrus regnum Vngarie cum deaurata lancea tradidit, coram hungaris et teutonicis; multis eciam muneribus habitis redyt ad propria.

34. Interea Endre. Bela et Leuente fratres ex Bohemia fugerunt in Poloniam. Ibi Bela duos genuit filios Geysam et Ladislaum. Endre autem et Leuente vagarunt in diuersas regiones, Bela in Polonia manente. Hi tres fratres erant de progenie sancti Stephani, et eis quidam magnates Hungarie fidem intemeratam seruarunt, cupientes videre diem, quo fratres predicti in Hungariam reducerentur. Petrus vero rex tyrannisabat in Hungaria, et intelligens magistratuum erga tres fratres fidem, furore succensus fecit eos comprehendi, et in eculeo suspensos interfici, quosdam autem effosis oculis tormentari, totam

irruit in episcopos ac alios fideles lapidibus. Gerardum autem e suo curru abstractum et in biga positum de monte Kesenfeld submiserunt, et lancea percussum super lapidem contriuerunt eius cerebrum. In quo lapide per VII annos sanguinem Danubius nusquam diluere poterat. Ceteris autem interfectis Beneta liberatus extitit manibus ducis Endre. Zonuk comes postquam natasset in Danubio liberatus a Murthinir, sed minis infidelium territus ille liberator comitem in naui interemit gladio.

De morte Petri regis.

35. Videns rex Petrus hungaros fugit cum suis in Musun, ut in Austriam veniret. Sed euadere non potuit. Interim enim hungari exitus regni recluserunt. Legatus ergo ducis Endre reuocat Petrum pretextu pacis; qui credens ei reuertitur quasi coacte, et cum Albam cum suis militibus pergere vellet, legatus prefatus eum capere constituit. Tandem suis per sagittas interfectis ipse capitur et obcecatur, atque Albam ducitur, et in breui mortuus est, sepultus in Quinqueecclesys, quam ipse Petrus fundauerat in honore S. Petri apostoli anno regni sui secunda vice tercio.

Coronatur Andreas per hungaros.

36. In Alba cum Andreas iam a persecucione securus esset, in regem coronatur a tribus episcopis duntaxat, anno domini MXLVII. Hic rex Andreas edixit ut uniuersus populus deposito ritu paganorum ad fidem Christi et legem per sanctum Stephanum ipsis datam reuerterentur; quoniam Leuente frater Andree illis diebus mortuus est; qui si vixisset et regnum obtinuisset ritus paganorum increbuisset.

37. Iste rex albus Andreas et catholicus est vocatus, et tribus annis polonos bohemos et australes hun-

garis fecit censuales. Leuente itaque ut predicitur mortuo rex Andreas misit in Poloniam ad alterum fratrem Belam, vocans eum ad se. Qui cum omni sua familia perrexit ad Andream regem et habito consilio inter ipsos regnum in tres partes diuiserunt; quarum due in proprietatem regis inarestate manserunt, tercia parte in proprietatem ducis Bele locata. Andreas rex duxit uxorem filiam ducis Ruthenorum, de qua genuit Salomonem et Dauid; de concubina autem quam habuit de villa Moroth, genuit Georgium. Habuit autem Bela in Polonia primitus filios Geysam et Ladislaum. In Hungaria Lampertum et filias. Vixerunt itaque rex et dux fratres in magna tranquillitate.

38. Eo tempore teutonicorum rex cum magno exercitu obsedit castrum Poson, volens iniuriam Petri regis vindicare, et Hungariam suo dominio subiugare. Exstruxit autem multas machinas bellicas ad expugnandum castrum, et duobus mensibus obsidendo nichil profecerat: nauigio etenim venerat. Tunc hungari qui in castro erant natatorie prudentissimum inuenerunt hominem nomine Zothmund, quem noctis in silencio ad naues imperatoris miserunt, qui sub aqua veniens naues perforauit, qui subito aquis replete sunt, et potencia teutonicorum contrita est, et sic effeminati eneruatique viribus reuersi sunt ad propria.

39. Sequenti anno cesar cum magna multitudine bellatorum ob easdem causas venit in Hungariam, inter fontes riuorum Zala et Zelice, misitque naues victuales per Danubium in Hungariam, quibus fratrem suum Gebhart episcopum prefecit. Hys auditis Andreas rex et dux Bela omnes aceruos segetum et tirsos herbarum igne combusserunt; habitatores quoque cum omnibus animalibus de partibus illis per quas cesar erat transiturus procul abduxerunt; quo cum cesar peruenisset et victum non habuit, nesciebatque ubi naues eius essent. Interea autem episcopus frater venit in Jaurinum, et mittens epistolam ad Heinricum cesarem, sciscitabatur, ubi de-

beret ipsum exspectare. Nuncius capitur a latronibus Andree regis, et ad eum ducitur. Misit ergo per alium nuncium Andreas episcopo literas quasi ab imperatore emanassent, (continentes) quod ardua negocia impery ipsum arcerent, et ob ea in Teutoniam ire compelleretur: quare destructis nauibus retro in Ratisponam duceret gressus. Cesar horum inscius cum suis maxima egestate laborabat, et interim fame perierant, plurimi ab immissis sagittis interierunt. Et videns se ita perplexum, misit ad Andream et Belam rogans pacis firmitatem, et si victualia exercitui daret, nunquam Andree, nec successoribus eius inimicaretur, dictis factis aut consilio resisteret ymo eciam si quis de successoribus suis ad debellandam Hungariam arma moueret, indignacionem omnipotentis dei incurreret, et perpetuo eius anathemati subiaceret. Filiam eciam suam filio Andree Salomoni se daturum spopondit, et omnia iureiurando firmauit. Annuit rex Andreas, et misit copiam victualium in exercitum imperatoris adeo sumptuosum, ut teutonici ex potus ingurgitacione crapulati morerentur; residuis supellectili abiecta in Teutoniam reuersis. Et locus ille unde tam turpiter fugierunt usque hodie vocatur Werteshege.

De coronacione regis Salomonis, filii regis Andree.

40. Fugienti cesari rex misit legatos, ut promissam filiam Salomoni desponsandam traderet; quod factum est. Andreas rex confectus senio Salomonem filium suum V annorum in regem fecit inungi et coronari, simulans nisi hoc faceret, Imperator, qui filiam suam nuptui iam dederat indignaretur. Bela autem frater regis indignatus et iratus etc. Conuenerunt autem rex et Bela in Varkun. Rex inyt consilium, et de duobus voluit fratrem interrogare, si vellet coronam vel ducatum, corona et gladio super cortina positis. Quod si ducatum postularet bene esset, si vero coronam, statim gladio decollaretur. Auisatus dux per

ganorum. episcopos occidere, presbyteros exenterare clericos strangulare etc. Hys auditis contristatus est rex, et petiuit inducias trium dierum ad deliberandum. Tercio siquidem die cum plebs expectaret responsum, milites armati ex precepto regis irruerunt super plebem, prepositis contritis ac reliquis ligatis et verberatis ac occisis Bina ergo vice a christiana fide ceciderunt. Bela vero cum in Demes esset constitutus; solium regale corruit, et ipse confractus corpore egrotabat. Deinde migrauit a seculo, et sepultus est in monasterio Zugzard, quod ipse fundauerat.

De aduentu imperatoris cum Salomone.

42. Audita morte Bele rex Salomon rogauit imperatorem, ut regnum sibi restitueret. Imperator eundem cum exercitu in Hungariam duxit. Interim Geyza filius Bele cum fratribus suis recepit se in Poloniam, quia non poterat imperium Salomonis et teutonicorum sustinere. Rex igitur Salomon venit in Albam, ibi ab omni clero et populo tocius Hungarie honorifice est susceptus. Concionatus est autem imperator pro rege Salomone ad uniuersos, et pacem firmauit, et a rege remuneratus ad propria rediuit, Eo vero recedente Geysa in Hungariam venit. Rex autem Salomon cum adhuc nouus esset et nondum roboratus, timens ne Geysa cum exercitu suo polonico super eum irrueret, retrocessit in castrum Musun. Episcopi autem pys instigacionibus Geysam induxerunt ut pacem seruaret, et ducatum Hungarie acciperet; quod et factum est. et de manibus ipsius Geyse rex in Quinqueecclesys coronatur, et facta est leticia magna in populo. Nocte sequenti ecclesia, palacia omnia cum edificys annexis repentina flamma corripiuntur. Rex et dux attoniti ob inopinatum incendium, in bona pace conuenerunt, et a rege Dalmacie rogati in subsidium eius transierunt et reuertuntur. Rex autem Salomon, et David frater eius liberos non habuerunt. Geysa vero genuit Colomannum

et Almum, Viguit autem tranquilla pax inter regem et ducem circiter XII annis. Bohemi quadam vice predam receperunt in confinibus Hungarie. Rex autem et dux Bohemiam inuaserunt, et cum preda plurimorum captiuorum reuersi sunt,

Deuastant Cuni Hungariam.

43. Rex Salomon cum Geysa et Ladislao fratribus collecto exercitu festinantes aduersus paganos transcenderunt urbem Dobuka, et ibi eorundem aduentum expectarunt. Pagani se in monte kirieleys receperunt, et sagittarum imbres miserunt. Pagani fugierunt. Ladislaus videns paganum quemdam retro se puellam hungaram speciosam ducentem, putabat eam esse filiam episcopi Varadiensis. Clamat autem ad puellam, ut Cunum ad terram de equo iaceret, quem cum interficere Ladislaus vellet, puella petyt ipsum dimitti. Vnde ex hoc notatur, quod fides in mulieribus non est; quia amore stupri eum liberare voluit. Sed interfectus est a Ladislao. Omnibus itaque fere paganis interfectis, rex duces et ceteri cum victoria reuersi sunt.

Adueniunt Bisseni in Hungariam.

44. Tercio anno Bisseni per Albam bulgariam venientes transnatauerunt flumen Zaw et preda accepta retrocesserunt. Rex et dux imposuerunt illud crimen castro, et collectis exercitibus statuerunt Albam obsidere, et expugnare eciam. Conflictus habitus est inter grecos et hungaros. Obsessa igitur ciuitate bulgari rogabant clam Bissenos, ut in adiutorium eis venirent. Qui venerunt, et in ore glady fere omnes ceciderunt principe eorum cum paucis fugiente. Ad expugnandam ciuitatem rex et duces ordinarunt edificari VIII turres ligneas altitudinem murorum duplo superantes, ex quibus lapides et sagitte mitte-

rentur. In tercio mense obsidionis, cum ciuitatem capere non possent, quedam puella ungarica ipsam ciuitatem incendit, et exercitus irruit in ciuitatem, et omnes trucidauit, preter eos qui in arcem fugierunt, et thesaurum auri et argenti gemmarumque infinitum rapuerunt. In cuius partitione orta est discordia inter regem et ducem. Qui autem in arce erant accepta fiducia exiuerunt, et plures ad ducem Geysam: quam ad regem venerunt. Rex diuidens thesaurum, solam quintam partem duci reliquit; quod moleste tulit. Imperator grecorum misit ad ducem Geysam, pacis gracia, et ut captiui remitterentur; quod factum est. Sed rex propterea indignabatur et comes Vyd instigabat eum, ut ducem expelleret de regno. Nam sicut duo glady in una vagina simul esse non possunt etc. dixit. Rex ergo et duces sunt diuisi, Ladislao ex sui fratris consilio in Rusciam proficiscente, auxilium querere volente. Rex et dux Geysa interea conuenerunt in Strigonio, et utrique cum VIII hominibus, in insulam proximam ad colloquendum vadunt, et roborato federe pacis, dux in ducatum reuersus est, et rex in Albam. Mittit rex adducere legatos, et econtra dux misit episcopum Waradiensem, qui hinc inde custoditi reseruati sunt. Vyd autem regebat regem; sicut magister discipulum, in interitumque Geyse laborabat. Ergo commissum est prelium inter regem et ducem, et dux superatus est fraude suorum, et militibus omnibus perditis, transiuit Tisciam, et misit ad Ladislaum fratrem suum ut veniret. Qui venit cum duce Ottone, et congregatis armatis hungarorum; descenderunt circa Waciam, et expectarunt exercitum regis. Vno mane causa consily in campum veniunt duces; vidit S. Ladislaus visionem, angelum videlicet descendentem de celo, portantem coronam auream, capiti Geyse imprimentem. Rex igitur Salomon agmina preparat, et duces suas acies ordinant, et prelium committitur. fit impetus hinc inde. Rex Salomon fere omnibus suis interfectis aufugit. Maior enim pars militum Hungarie cecidit, preter

latinos et Teutones. Venit ergo Salomon, in Musun et Poson morabatur.

De coronacione Geyse.

45. Geysa et Ladislaus cum exercitu Albam vadunt, et habitabant in Hungaria exercitu dimisso. Et Geysa compellentibus hungaris coronam suscepit. Ipse quoque cum fratre Ladislao in quodam loco tractauit de fabricanda ecclesia in honore Virginis. Et prope Waciam apparuit ceruus cum cornibus ardentibus. Rex igitur Geysa fundauit ecclesiam Waciensem, et dotauit multis predys et possessionibus; similiter et Budensem ecclesiam cui tributum de Pesth constituit. Bisseni iterum vadunt contra Salomonem volente Geysa; et Bisseni fugierunt a facie Salomonis, et fere omnes interficiebantur. Postea rex Salomon timens Geysam et fratres eius cum rebus et familia intrauit Stiriam, et in claustro Agmund matre et uxore derelictis in Musun est reuersus, et deinde ad cesarem iuit ut ei auxilium daret in Hungariam reuertendi. Imperator bonis verbis inductus intrauit Hungariam, alimenta habunde per Danubium ferri disposuit et cum venisset ad flumen Wag, Salomon pugnat contra Nitrienses viriliter se defendentes. Geysa rex audiens imperatorem Waciam peruenisse, prudenti usus consilio, iussit attemptari et demulcere patriarcham Aquilegiensem, et ceteros qui apud imperatorem erant, promittens pecuniam, si imperatorem retrocedere facerent. Patriarcha auri amore allectus varys figmentis satagebat, ut imperatorem faceret reuerti, et sequenti nocte procurat, ut milites in castris vociferando, et clipeos inter se percutiendo sedicionem simularent. Quo imperator territus et ingenys deceptus, destructis nauibus est retrogressus. Rex Salomon recepit se in Poson. Regnum autem Geyse confortatum est, et eo tempore vocatus est magnus rex, ducatumque dedit fratri suo Ladislao, qui castrum Poson multis diebus ob-

farina texerunt. Videntes illi in arce, cesserunt regi, et castrum assignarunt. Demum intrauit Bohemiam, et multos captiuos duxit in Hungariam.

De constructione ecclesie Waradiensis, et de morte regis Ladislai.

47. Rex igitur in venacione iuxta flumen Keres inuenit locum, ubi proposuit construere monasterium in honore Virginis, quem locum Warad nominauit. Mortuo vero romanorum imperatore duces et tetrarche teutonicorum rogauerunt eum ut imperium susciperet. Ipse autem terminos patrum suorum non volens transgredi, recusauit. Nuncy preterea Francie Yspanie, Anglie et Britanie regum veniunt dicentes, reges illos velle ultra mare proficisci in vindictam Jesu Christi sepulchri sanctissimi recuperacionem, rogarunt, ut eis dux existeret. Rex valde gauisus est et annuit licencia ab hungaris obtenta, et misit nuncium ad Conradum ducem Bohemie ut secum iret ultra mare. Idem eciam promisit. Interim cognatus Conradi, nomine Sentapolug noctis silencio Pragam veniens ciuitatem cepit, et mane in solio ducali sedens ab episcopo et alys honorifice suscipitur. Conradus autem ad regem iuit, et gesta narrauit, rogans regem, ut personaliter auxilium sibi pararet. Annuit rex dummodo dux se iterum ultra mare addiceret. Rex habebat secum filios regis Geyse, qui erant fratres ducis, Colomannum scilicet et Almum, Colomannum voluit ecclesie Agriensi in episcopum preficere. Quod cum Colomannus sensit, secessit in Poloniam, ubi pater eius et auus quondam honorifice suscepti fuerunt. Secuti sunt eum de Hungaria Martinus, et Vgra, et aly. Rex autem congregato exercitu iuit contra bohemos, et cum ad confinia eorum peruenisset, grauis infirmitas eum inuasit. Misit duos ad Colomannum, ut in Hungariam veniret. Rex preterea ordinauit, ut post se Almus regnaret. Sed Almus honorauit fratrem suum Colomannum,

rex tam prouide custoditus fuisset. Post hoc pacificati sunt, et dux ibat in Bokan venatum. Rex misit cum eo duos iobagiones sub simulacione honoris, quibus iussit explorare animum ducis, et sibi renunciare. Dux autem opportunitate accepta absentauit se ab illis, et iterum fugit ad Patauiam auxily gracia etc.

Dux Almus, et filius eius exoculantur.

49. Anno domini MCXIII imperator propter Almum cum exercitu venit in confinium Hungarie, quatenus colloqueretur regi, et pacem firmaret. Quod cum factum esset imperator per regem remuneratus repatriauit. Rex autem cepit Almum et filium eius Belam infantem, et exoculari fecit. Infantem etiam iussit castrare, sed castrator castrat cattulum, testiculos eius simulans infantis. Ductus est autem Almus in monasterium suum Demes. Rex interea infirmabatur, et apposito emplastro auribus, cerebrum quasi amisit. Mortuo est anno domini MCXIIII. Regnauit annis XXV mensibus quinque, et sepultus est Albe.

Stephanus filius Colomanni coronatur.

50. Impuberem Stephanum potenciores regni in regem coronant. Anno IXo regni sui intrauit Dalmaciam, ubi fuit honorifice receptus. Inde vastauit Poloniam. Noluit eciam ducere uxorem, sed concubinis utebatur. Tandem adducunt sibi filiam regis Apulie in uxorem. Rex itaque Stephanus multa mala faciebat. Dux Almus licet cecus ob fratris furiam fugit in Greciam, et moritur. Corpus est in Albam delatum. Bela filius eciam obcecatus seruabatur occulte in Grecia. Hic Bela duxit uxorem, et ex ea genuit Geycham. Quod rex Stephanus ignoráns constituit filium sororis sue post se regnaturum nomine Saul. Et rex infirmitate cepit laborare. Bors vero et Juan

midabant, ut maximo ere potiretur. Rex francorum secutus est eum, quem Geycha rex honorifice suscepit, et compaternitatis vinculo sibi copulauit. Dedit autem rex Geycha fratribus suis Ladislao et Stephano ducales expensas; et regnauit annis XX mensibus tribus. Moritur anno MCLXI et Albe tumulatus est.

53. Stephanus filius coronatur, et regnauit annis XI mensibus IX.

54. Stephanus frater Geyche post hoc coronam sibi usurpauit mensibus V et coronatur. Deinde expulsus de regno moritur.

55. Bela frater eius post hunc regnauit annis XXIII mense uno, et mortuus est anno domini MCXC kl. May, et Albe quiescit.

56. Emericus filius illius Bele regnauit annis VIII mensibus VII. Mortuus est anno domini MCC et sepelitur in ecclesia Agriensi.

57. Ladislaus filius Emerici coronatur, et regnauit mensibus VI diebus V, et mortuus Albe quiescit.

58. Andreas pater sancte Elizabeth coronatur. Hic Andreas fuit filius Bele tercy, habuit uxorem Gerdrudem de Almania, ex qua genuit Belam Colomannum Andream et Elizabeth. Rex autem Andreas terram sanctam visitauit papa mandante: *Extra. de voti redempt. cap. Licet uniuersis.* Nam votum patris expleuit. Hic superato Soldano plures reliquias comparauit, et secum portauit. Modo autem eas reliquias ille ecclesie habent, quarum prelati regi redeunti obuiam venerunt. Transactis IX annis rex filiam suam Lodouico lantgrauio Turingie nuptui tradidit, qui postea Jerusalem pergens mortuus est ibidem. Rex Andreas moritur anno domini MCCXXXV et sepelitur in monasterio Egrus.

59. Bela filius Andree coronatur Albe in ecclesia beati Petri, quam ipse fundauit, et regnauit XXXV annis. Tartari cum quinquies centenis milibus armatorum regnum Hungarie inuaserunt. Contra quos Bela prelians

vincitur. In quo prelio fere extinguitur milicia regni Hungarie. Tartari tribus annis manserunt ibi, et quia tunc hungari seminare non poterant, post tartarorum recessum multo plures ex hungaris fame perierunt. Post hoc Bela gessit bellum contra ducem Austrie Fridericum ante Nouam ciuitatem, sed Bela triumphum perdidit. Deinde pugnauit cum Othocaro rege bohemorum, et fugit in Haynburg; nam in prelys minime erat fortunatus. Huius regis tempore de anno domini MCCLXIII plebs flagellis se feriendo uniuersaliter discurrebat. Obyt autem rex anno domini MCCLXX, Strigony sepultus in ecclesia fratrum minorum, quam adhuc viuens fecit inchoari. Sed Philippus archiepiscopus fecerat corpus exhumari; sed causa in romana curia ventilata, fratres recuperarunt et tumularunt viceuersa ante altare beate virginis; ubi hy versus continentur.

Aspice rem caram tres cingunt virginis aram
Rex dux regina quibus assint gaudia trina.
Dum licuit tua dum viguit rex Bela potestas,
Fraus latuit pax firma fuit; regnauit honestas.

Stephanus coronatur.

60. Post Belam filius eius Stephanus regnauit super totam Hungariam. Qui Othocarum regem bohemorum in Hungariam cum bohemis australibus brandenburgensibus ac ceteris mixtis gentibus cum potencia venientem ante fluuium Rapcha deuicit viriliter et fugauit. Mortuus est anno tercio regni sui, sepultus in insula Budensi.

Ladislaus filius Stephani coronatur.

61. Hic Ladislaus rex adiuuante imperatore occidit Othocarum in prelio. Anno domini MCCLXXXV secunda vice tartari intrauerunt Hungariam, et usque Pesth omnia combusserunt. Et Ladislaus quamuis haberet uxo-

rem, filiam regis Karoli de Apulia tamen adhesit concubinis cumanorum. Propter quod legatus Firmanus aduenit ritum paganorum interdicens, regem anathematis vinculo feriendo. Post hoc est miserabiliter a cumanis interfectus rex ille. Eius enim tempore cepit Hungaria a sua magnifica gloria deflecti, orientibus bellis intestinis.

62. Anno domini MCCXC dux Andreas de Venecys introducitur et coronatur et anno secundo regni sui Austriam debellauit. Sed nobiles regni a papa regem petierunt, in Andree illius preiudicium.

63. Papa ad baronum instanciam quendam puerum XI annorum nomine Karolum anno domini MCCXCIX viuente adhuc Andrea rege in Hungariam destinauit, et ut regnare valeret, et contra regem Andream potestatem acciperet, unum et alium de latere legatos misit, qui nichil agere valentes reuersi sunt. Interim anno domini MCCCI Andreas Bude moritur et in ecclesia Minorum sepelitur .Quo mortuo barones regni in duas partes sunt diuisi. Quidam Karolo adherebant, eundem regem verbo non facto nominantes. Aly et plures numero una cum episcopis Colocensi Agriensi Waradiensi Vaciensi Chanadiensi Boznensi et Sepsensi usque Bohemiam processerunt ad regem Wenceslaum, ut regni susciperet gubernacula, et rex esset; ne libertatem regni per dationem pape amitterent. Wenceslaus venire noluit, sed filium suum similiter Wenceslaum hungaris dedit in regem, et ipsi confectis instrumentis literarum, et roboratis fidei firmamento unanimiter susceperunt. Ad Albam ciuitatem venerunt, ubi archiepiscopus Colocensis cum alys eum coronarunt, quoniam sedes Strigoniensis tunc vacabat. Inde Budam venientes, Colocensis et Scepsensis moriuntur, et in ecclesia minorum tumulantur. Ladislao[1]) sic in Buda degente, nullum castrum, nulla potestas data est, sed una pars hungarorum Karolum pro rege, nomine non re; alia pars

[1]) Codex: Karolo.

Ladislaum qui Wenceslaus dictus est, pariter nomine non re, venerabatur. Tunc rex Wenceslaus pater Ladislai illius videns palliatas versucias hungarorum, anno milesimo CCC-o III-o cum multitudine exercitus Pannoniam est ingressus, et iuxta Danubium prope Pesth aliquantulum residens Ladislaum filium suum cum corona regni accipiens, et Ladislaum rectorem seu iudicem budensem, in Bohemiam est reuersus.

64. Eodem tempore cum Karolus puer Bude resideret rex quasi cytra, legatus de latere episcopus Hostiensis de ordine predicatorum venit ut auctoritate sedis apostolice de castris et redditibus regni faceret obedienciam. Sed nil profecit, reuersus est, et moriente papa Bonifacio VIIIo electus est in papam ipse, et Benedictus vocabatur. In suo autem recessu ciues budenses in interdicto reliquerat, quod seruabatur stricte. Sed surrexerunt certi clerici manifeste populo diuina celebrantes, et sacra ministrabant, et eciam summum pontificem qui tunc legatus fuerat excommunicarunt proiectis candelis etc. Ceteros eciam episcopos et prelatos censurabant.

65. Interea Ottonem ducem Bauarie in Hungariam introducunt, et regem efficere volunt. Petyt autem Otto a rege Bohemie coronam, quam abstulerat, et Albam pergentes Otto coronatur in regem per episcopos Wesprimensem et Chanadiensem, et inungitur. Inde Budam venit, et sic coronatus per omnes vicos equitabat, ostendens se esse regem legitimum. Qui terram Erdelw cupiens visitare, cum iter faceret Ladislaus Wayuoda ipsum cepit, et vinculis deditum multis diebus tenuit. Demum expellitur e regno. Ladislaus autem iudex budensis liberatus Budam redyt, et vindictam suorum proditorum fecit. Sacerdotes predictos, qui perfidia pleni papam excommunicabant epicopo Strigoniensi presentauit captos, qui in carcere spiritum exhalarunt.

66. Puero igitur Karolo in Hungaria degente anno domini MCCCVIII Cardinalis S. Martini in montibus venit.

Sequenti anno percussis nobilibus regni interdicto et anathemisatione, quoniam iura regalia nolebant restituere regi Karolo, Ladislaum eciam Wayuodam excommunicabat, eo quod coronam regiam, quam Ottoni eripuit detineret. Cadauera autem defunctorum extra cymitheria iacebant insepulta. Perturbati Vngari anno domini MCCCX congregauerunt se circa Pesth, et Karolum productum concorditer suscipientes Albam properauerunt, et ibi eum coronauerunt cum sancta corona iam pridem per Ladislaum Wayuodam restituta. Eodem anno Clemens papa passagium generale indixit ad debellandam terram sanctam, et qui pecuniam largiebatur, ab omnibus criminibus usque V annos debebat absolui. Sed de tanto thesauro congregato nil effectum est in re ipsa.

Pugna Karoli prope Cassam.

67. Anno domini MCCCXII rex Karolus obsedit castrum Sarus, quod Demetrius iussu Mathei magni principis detinebat. Matheus misit in adiutorium Demetry omne suum posse, ut rex procul pellatur, principibus belli ordinatis Quorum aduentum audiens rex, putat se non posse resistere; in Sepes se recepit. Demum in valle congredientes bellum durissimum est commissum, quale a tempore tartarorum non est visum in Hungaria. In quo bello vexillo regis cadente, et multis nobilibus interfectis, sub vexillo cruciferorum rex pugnabat. Ex parte altera multi letaliter sauciati ceciderunt, ac sic rex victoriam habuit gloriose.

68. Anno MCCCXV Maria prima uxor Karoli moritur in Temeswar, et in Alba sepelitur. Anno XVIII rex duxit Beatricem filiam regis romanornm, sororem regis bohemorum de terra Lucelburgensi, que nondum anno elapso obdormiuit in domino, et Waradini sepelitur. Eodem anno rex texit ecclesiam Albensem plumbo, testudine gloriosa decorando. Moritur Matheus.

69. MCCCXX accepit rex Karolus Elizabeth filiam regis Polonie, de qua habuit filium Karolum, qui eodem anno mortuus in Alba sepelitur. Iterum habuit filium Ladislaum. Post hoc anno XXVI nascitur sibi filius Lays. Anno XXVII ecclesia Albensis incendio consumitur; sed iterum rex eam restaurauit, et plumbo tegere fecit. Anno eodem nascitur ei filius Andreas.

70. Anno domini MCCCXXIX moritur Ladislaus filius eius. Fuit autem tranquilla pax diebus multis in Hungaria. Sed Felicianus miles dominum suum Karolum regem, reginamque cum ducibus filys occidere conabatur gladio, sed interceptus et iugulatus interemptusque est a satellite. Domina regina autem ab eo fuit wlnerata. Postea successiue orta sunt horribilia bella contra regem, et fortuna ipsum dereliquit, et multa milia corruerunt, tam suorum, quam Vilachorum.

IV.

CHRONICON ZAGRABIENSE ET VARADIENSE.

CHRONICON ZAGRABIENSE.

De nominibus et temporibus regiminum regum Hungariae.

Et quoniam supra describitur obitus beatissimi regis Ladislai, visum fuit etiam ducum, a tempore ingressionis eorum in Pannoniam, et omnium regum Hungariae tam nomina quam tempora regiminum, in quantum occurrit memoriae describere pro futuris.

1. Relatio enim hungarorum in scriptis ab olim redacta, inter cetera complura habetur, quod anno ab incarnatione domini octingentesimo, sive octo centeno et octogesimo nono de (gente scytica) oceano in septentrione coniuncta magna multitudo fines (Pannoniae in)traverat, et potenter occupaverat totam Pannoniam iure he(reditario possi)dendam In qua gente quamplures fuere duces, sed finaliter (unus) fuit principalis forsan ab aliis propter suam no-

CHRONICON VARADIENSE.

Et quia supra describitur obitus beati Ladislai, utile est et expediens propter multa, ut omnium ducum tempore ingressionis eorum in Pannoniam, et omnium regum Hungariae nomina et tempora regiminum in quantum occurrit, describantur.

1. Relatio enim hungarorum in scriptis ab olim redacta inter cetera habet, quod anno ab incarnatione domini octingentesimo octuagesimo octavo, de gente scytica oceano in septentrione coniuncta magna multitudo fines Pannoniae intraverat, et potenter occupavit totam Pannoniam iure hereditario possidendam. In qua gente quamplures fuere duces. sed unus ex ipsis fuit principaliter ab aliis propter suam virtutem electus, qui vocabatur **Almus**.

bilitatem et (virtutem electus) qui nominabatur Almus.

2. Huic in du(catu successit). eius filius, qui vocabatur Arpad. Huic successit similiter eius (filius in) ducatu, qui nominabatur Thoxon. Iste Thoxon habuit duos (filios. quorum primus) fuit dux G(exch)e pater beati Stephani regis; secundus fuit (Michal). Iste dux Michal habuit duos filios, primus fuit dux (Wazul, secundus) fuit dux Ladislaus calvus. Iste dux Wazul habuit tres filios: (horum primus fuit) dux Andreas postea factus rex; secundus fuit dux(Bela post)ea factus rex; tertius fuit dux (Levente) Dux autem Ladislaus de quo supra, habuit filium qui vocatus (est Bonuzulo.) Iam modo redeamus.

3. Dux Gexche, filius Thoxon, de quo supra, anno ab incarnatione nongentesimo LXIII nutu factus. diuino cepit cogitare (de riti)bus paganismi destruendis. et de cultu divino augment(ando seque) fecit baptizari. et tandem in sancto proposito et statu mortuus (est. Prout) haec plenius in legenda B. regis Stephani eius filii sunt descripta; (qui scilicet S. rex Stephanus natus est anno domini nongentesimo sexagesimo nono)

4. Beatissimus igitur primus

2. Huic in ducatu successit eius filius nomine Arpad. Et huic successit filius suus in ducatu, qui Toxin nominatur. Hic habuit duos filios, quorum primus fuit dux Geisa, pater B. Stephani regis; secundus vero fuit Michael dux. Iste Michael habuit duos filios: ducem videlicet Vazul, et ducem Ladislaum calvum. Iste dux Vazul habuit tres filios: horum primus fuit dux Andreas postea rex; secundus fuit dux Bella demum rex; tertius fuit dux Levente. Dux autem Ladislaus calvus, de quo supra, habuit filium qui Bonuzulo vocabatur. Modo redeamus.

3. Dux Geysa filius Toxin, de quo supra, anno ab incarnatione domini nongentesimo sexagesimo tertio, nutu divino coepit cogitare de ritibus paganismi destruendis, et de cultu divino ampliando; seque fecit baptisari; et tandem in huiusmodi sancto proposito mortuus est. Prout haec plenius in legenda beati regis Stephani filii sui continentur; qui scilicet S. rex Stephanus natus est anno domini nongentesimo sexagesimo nono.

4. Sanctus igitur Stephanus

hungarorum rex Stephanus ducatum Hungarie antequam nomen regis acciperet obtinuit annis VIII; regnavit autem post hec annis XXXIII mensibus septem, diebus XIV. Habuitque filium S. Emericum, qui eo vivente transivit de hoc mundo virgo existens, plenus sanctitate. Obiit autem iste beatissimus rex anno dominicae incarnationis MXXXIV, seu millesimo tricesimo quarto die XIII Kalendas Septembris feria V-a. in die videlicet Assumptionis Virginis gloriosae. Cuius corpus Albe in ecclesia maiori reconditum veneratur: quam ipse fecit fabricari et laute dotari. Hic beatissimus rex quantis gratiis a Deo fuit insignitus, et quanta misericordiae opera exhibuit, in sua legenda apparent.

5. Post obitum huius regis sanctissimi regnum vacavit vero regimine annis XI mensibus quatuor et medio. Infra quod tempus praefuit regno Petrus theutonicus frater dominae Gezle, consortis eiusdem S. regis, forsan annis septem et ultra. Qui tumulatus est Quinque-ecclesiis. Ac post ipsum Abba praefuit annis tribus et ultra. Qui tumulatus est in suo monasterio.

primus rex Hungariae, ducatum Hungariae, prius quam in regem coronaretur tenuit annis octo; regnavit autem post haec annis triginta tribus mensibus septem diebus quatuordecim. Hic habuit filium S. Emericum ducem, qui vivente adhuc S. Stephano sublatus est de medio, virgo corporis sanctitate et gratia plenus. Obiit autem iste beatissimus rex anno domini millesimo tricesimo quarto, octodecimo kal. Septembris feria quinta; in die scilicet Assumtionis beatissimae virginis Mariae. Cuius corpus Albae in ecclesia maiori reconditum veneratur, quam ipse fundavit, et uberrime dotavit. Hic quantis a Deo gratiis fuit insignitus, et quanta opera exercuerit meritoria, vide in sua legenda.

5. Mortuo autem S. rege Stephano regnum vacavit vero regimine annis undecim mensibus quatuor et medio. Intra quod tempus praefuit regno Petrus theutonicus frater Kesla reginae, consortis sancti regis Stephani de sorore S. Stephani genitus, quasi annis duodecim et ultra. Qui sepultus est Quinque ecclesiis. Abba vero sororius S. regis praefuit annis tribus et ultra. Qui postea ab hungaris interfectus,

6. Post haec adeptus est coronam Andreas dux filius Wazul, de quo supra, et praefuit regno annis XV. Qui sanus existens adhuc praefecit post se regnaturum Salomonem filium suum puerulum. Tandem ipse rex confectus senio obiit anno domini MLX. Cuius corpus est reconditum in suo monasterio Thyhon.

7. Rex Salomon, de quo supra, non fuit aptus ad regnandum, et concordiam tenendam cum Bela duce filio Wazul, et filiis suis Gexche et Ladislao, postea gloriosis regibus, cum quibus semper, ut habet Cronica Ungarorum malitiose egit. Nam S. rex Ladislaus post obitum Gexche regis fratris sui vix potuit induci, ut regni gubernacula susciperet. Qui cum ipso rege Salomone fecerat perfectam pacem, concedendo sibi magnam partem regni. Sed ipse Salomon post aliquod tempus de hoc non contentus, in necem ipsius S. regis conspiraverat. Et sic confusus et superatus ab ipso rege sancto, de regno periclitatus est nullo sciente, et tandem obiit, et in civitate Pola sepultus est.

8. Post haec regnavit Bela dictus Wegon filius secundus Wa-

et tumulatus est in suo monasterio.

6. Post hoc adeptus est coronam Andreas dux filius Vazul, de quo supra, et regnavit annis quindecim. Qui in vita sua instituit post se regnaturum. Salamonem filium suum puerulum, et tandem in senectute bona obiit 1060. Cuius corpus reconditum est, in suo monasterio Thyan iuxta lacum Balaton.

7. Salamon rex, de quo supra, non fuit aptus ad regendum, et concordiam tenendam cum Bela duce filio Vazul, et filiis suis, scilicet; Geysa et Ladislao postea regibus gloriosis, sed cum eis semper, ut habet Cronica hungarorum, malitiose egit. Nam S. rex Ladislaus ab omnibus regnicolis, post obitum Geysae regis fratris sui, vix potuit induci ut regni gubernaculum susciperet. Qui cum ipso Salamone fecerat perpetuam pacem, concedendo sibi magnam partem regni. Sed ipse Salamon post aliquod tempus de hoc non contentus in necem ipsius S. regis conspiraverat. Et sic confusus et superatus ab ipso sancto rege, de regno evanuit nemine sciente, et tandem obiit in Pola civitate Styriae.

8. Post hoc regnavit Bela dictus Belin secundus filius Vazul,

zul. de quo supra. Obiit autem anno domini MLXIII tertio Idus Septembris et sepultus est in suo monasterio Saxardiensi. Hic reliquit duos filios, scilicet: ducem Gexcham postea regem, et S. Ladislaum regem.

9. Post haec regnavit annis tribus Gexcha primogenitus Belae regis, de quo supra. Qui obiit anno MLXXVII octavo Kal. Maii. Cuius corpus est humatum in ecclesia Vaciensi, quam ipse construxit. Iste fuit rex christianissimus, et habuit duos filios: primus fuit dux Colomannus postea rex; secundus fuit dux Almus, pater regis Belae secundi.

10. Post haec regnavit beatus rex Ladislaus filius secundus regis Belae, de quo supra annis decem et novem, mensibus tribus. Hic multis meritoriis operibus peractis, prout supra ponitur, migravit ad dominum, anno domini M(X)CV Kal. Augusti. Qui autem vult scire eius meritoria opera, perlegat ea quae sunt descripta in sua legenda.

11. Post haec regnavit Colomannus rex qui fuit episcopus

de quo supra. Obiit autem anno domini millesimo sexagesimo tertio tertio Idus Septembris, et sepultus est in suo monasterio Sexardiensi. Hic habuit duos filios. scilicet: ducem Geysam postea regem, et sanctum regem Ladislaum.

9. Post hoc regnavit annis tribus Geysa primogenitus Belae regis, de quo supra. Qui obiit anno domini MLXXVII octavo kal. Maii. Cuius corpus est humatum in ecclesia Vaciensi, quam ipse construxit. Hic fuit rex christianissimus, et habuit duos filios; primus fuit dux Colomannus postea rex; secundus fuit dux Almus pater regis Belae secundi.

10. Post hoc regnavit beatus rex Ladislaus filius secundogenitus regis Belae dicti Belyn, fundator et dotator ecclesiae nostrae, de quo supra, annis novemdecim mensibus tribus. Hic multis meritoriis operibus peractis, prout superius ponitur, migravit ad dominum anno domini millesimo nonagesimo quinto, quarto kal. Augusti feria prima. Cuius corpus sanctissimum in suo monasterio Varadini devotissime veneratur. Si vis scire plene eius meritoria opera perlege legendam suam.

11. Post hoc regnavit Colomannus rex, qui fuit episcopus

Varadiensis de quo supra in proximo, primus filius regis Gexche annis XVIII mensibus sex diebus quinque. Obiit autem anno domini MCXIII[1]) tertio Nonas Februarii feria tertia. Cuius corpus Albae quiescit. Hic habuit filium Stephanum ducem, qui eidem successit in regno.

12. Post haec regnavit Stephanus secundus annis (X)VIII. Obiit autem anno domini MCXXXI. Cuius corpus requiescit Varadini.

13. Post haec regnavit rex Bela secundus, filius ducis Almus de quo supra, annis IX mensibus XI et diebus XII. Obiit autem anno domini MCXLI Idus Februarii feria V. Cuius corpus Albae requiescit. Hic habuit filios tres: primus fuit dux Gexche postea rex, secundus fuit dux Ladislaus, tertius fuit dux Stephanus.

14. Post haec regnavit Gexcha rex II[2]) de quo supra annis XX mensibus III diebus XV. Obiit autem anno domini M(C)LXI

[1]) Cod. perperam XXIII.

[2]) Cod. III.

ecclesiae nostrae Varadiensis, primogenitus regis Geysae de quo supra, annis octodecim, mensibus sex, diebus quinque. Obiit autem anno domini millesimo centesimo decimo tertio tertio Nonas Februarii feria tertia. Cuius corpus Albae quiescit. Hic habuit filium Stephanum ducem, qui ei successit in regno.

12. Huic successit Stephanus rex, secundus filius Colomanni, et regnavit annis tredecim mensibus quinque. Obiit autem anno millesimo centesimo trigesimo primo. Cuius corpus quiescit Varadini.

13. Post hoc regnavit secundus rex Bela caecus filius ducis Almus de quo supra, annis novem mensibus undecim et diebus duodecim. Obiit autem anno domini millesimo centesimo quadragesimo primo Idus Februarii feria quinta. Cuius corpus Albae quiescit. Hic habuit filios quatuor: ducem scilicet Geysam tandem regem, ducem Ladislaum, ducem Stephanum et Almus.

14. Post hoc regnavit Geysa rex secundus de quo supra, annis viginti mensibus tribus diebus quindecim. Obiit autem anno domini millesimo (centesimo) sexagesimo primo secundo kal. Iunii. Cuius corpus Albae quiescit. Hic

secundo Kal. Junii. Cuius corpus Albae requiescit. Hic habuit filios quatuor: primus fuit dux Stephanus postea rex, secundus fuit rex Wela, tertius fuit dux Arpad, quartus fuit dux Geyza.

15. Post haec regnavit Stephanus, de quo supra in proximo, annis XI mensibus IX et diebus tribus. Hic obiit anno domini M. centesimo LXXII duodecimo kal. Februarii. Cuius corpus Albae humatum est. Post hunc usurpavit sibi coronam Stephanus filius Belae de quo supra, per menses quinque, et expulsus obiit in Zemlin.

16. Post haec regnavit Bela III filius Geythe dequo supra, regnavit annis XXIII mense uno diebus decem et novem. Obiit autem anno domini MCXC nono kal. Maii, cuis corpus Albae re quiescit. Hic reliquit filios quatuor: primus fuit dux Emericus, qui successit ei in regno, secundus fuit dux Andreas postea rex, pater regis Belae quarti, tertius fuit

habuit filios quatuor, quorum primus fuit rex Bela, tertius fuit dux Arpad, quartus fuit dux Geysa.

15. Huic successit rex Stephanus eius filius de quo supra in proximo, et regnavit annis undecim mensibus novem diebus tribus. Sub cuius imperio dux Ladislaus filius Belae regis caeci usurpavit sibi coronam anno dimidio. Obiit autem idem Stephanus anno domini millesimo centesimo septuagesimo secundo tertio kal. Februarii. Cuius corpus Albae sepultum est. Post hunc autem usurpavit sibi coronam Stephanus filius Belae caeci, de quo supra, per menses quinque, et expulsus obiit in Zemplyn anno domini millesimo centesimo septuagesimo tertio, tertio Idus Augusti. Cuius corpus Albae quiescit.

16. Post hunc regnavit rex Bela tertius filius Geysae de qno supra, annis XXIII mense uno, diebus novemdecim. Obiit autem anno domini millesimo centesimo monagesimo nono kal. Maii, cuius corpus Albae quiescit. Hic reliquit filios quatuor, quorum primus fuit dux Henricus, qui successit ei in regno, secundus fuit dux Andreas postea rex, pater regis

dux Salomon, quartus fuit dux Stephanus.

17. Post haec regnavit rex Emericus filius regis Bele supra proximi annis VIII mensibus VII diebus sex. Obiit autem anno domini MoCCo IV. secundo kal. Decembris. Hic sepultus est in Agria. Hic habuit filium primum qui fuit dux Ladislaus qui ei successit in regno.

18. Post haec regnavit rex Ladislaus secundus, filius regis Henrici ut supra, mensibus sex diebus duobus. Obiit autem anno

Belae quarti, tertius fuit dux Salamon, et quartus fuit dux Stephanus.

17. Post hoc regnavit rex Henricus filius regis Belae tertii supra proxime, annis octo diebus sex. Obiit autem anno domini millesimo ducentesimo, et pridie kalendas Decembris sepultus est Agriae. Hic habuit filium unum ducem scilicet Ladislaum, qui ei successit in regno. Hic quoque Henricus rex duas partes tributorum totius comitatus Bihariensis, tam circa Bihar, quam circa Zarand, et partem suam tributi, quod in comitatu Novi castri, tam circa ipsum nominatum castrum, quam circa Heves, et in comitatu de Bekes, tam in villis quam in foris exigitur, donavit ecclesiae nostrae Varadiensi, in duabus partibus episcopo, et in tertia parte nobis; prout in privilegio eiusdem confirmato per Belam quartum, Stephanum[1]) Ladislaum Carolum et Ludovicum reges continetur.

18. Post hunc regnavit rex Ladislaus secundus, filius regis Henrici ut supra, mensibus sex et diebus duobus. Obiit autem anno domini millesimo ducentesimo primo

[1]) Editio: Geysam

domini MoCCI[1]) quinto Non. Maii. Cuius corpus Agriae requiescit.

19. Post haec regnavit rex Andreas filius regis Belae III ut supra annis XXX, mensibus tribus, diebus XXV. Hic multa opera meritoria exercuit in aedificandis et dotandis ecclesiis secularibus et regularibus, et introducendis religiosis diversis, victoriaque habita ad sepulcrum domini. Obiit autem anno domini MoCCoXX(X)V undecimo kal. Octobris. Cuius corpus in monasterio suo Egres requiescit. Hic reliquit filios tres: primus fuit dux Bela postea rex qui ei successit, secundus fuit dux Colomannus, tertius fuit dux Andreas.

20. Post haec regnavit rex Bela quartus filius regis Andreae ut supra, annis XXXV mensibus VII. Obiit autem anno domini MoCCoLXX. V. Non Maii. Cuius corpus requiescit in ecclesia fratrum minorum Strigonii. Hic habuit duos filios: primus fuit dux Stephanus postea rex, secundus fuit dux Bela.

[1]) Cod MCCXI.

pridie[1]) Nonas Maii.[2]) Cuius corpus Agriae quiescit.

19. Post hunc regnavit rex Andreas fillius regis Belae tertii ut supra, annis triginta, mensibus tribus, diebus viginti sex. Hic multa meritoria opera exercuit, in aedificandis et dotandis ecclesiis secularibus et regularibus, et introducendis religiosis diversis, victoriaque habita ad sepulcrum domini. Obiit anno domini millesimo ducentesimo trigesimo sexto, undecimo kal. Octobris. Cuius corpus in monasterio suo Egres requiescit. Hic reliquit filios tres, quorum primus fuit dux Bela tandem rex qui ei successit, secundus dux Colomannus, tertius Andreas; et unam filiam, beatam scilicet Elisabeth.

20. Huic Andreae regi successit filius rex Bela quartus, et regnavit annis triginta quinque, mensibus septem. Cuius tempore anno scilicet ducentesimo quadragesimo primo tartari cum multitudine copiosa regnum Hungariae invaserunt, et flebiliter devastaverunt. Manserunt enim ipsi tratari tribus annis continuis in regno. Obiit autem anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo, quinto

[1]) Edit. primo; forsitan : quinto, ut Z habet. [2]) Martii. Edit.

21. Post haec regnavit rex Stephanus de quo supra in proximo annis duobus, mensibus tribus, diebus quinque. Hic fuit multum austerus, — et obiit anno domini MCCLXX(II) VIIIo Idus Augusti. Cuius corpus requiescit in insula Budensi, in ecclesia Beatae Virginis. Hic habuit unum filium ducem Ladislaum

22. qui ei successit in regno, et tandem fuit prope Varadinum per cumanos interfectus sine herede anno domini MCCXCo·

Nonas Maii.[1]) Cuius corpus requiescit in ecclesia fratrum minorum Strigonii. Hic habuit duos filios: primus fuit dux Stephanus postea rex, secundus fuit dux Bela. Hic declaravit, quod privilegia ecclesiae nostrae fuerunt dissipata et combusta, prout supra in catalogo de fundatione ecclesiae Varadiensis continetur.

21. Post hoc regnavit rex Stephanus de quo supra, annis duobus mensibus tribus diebus quinque. Hic fuit multum austerus primus bulgaros in proelio superavit,[2]) ducem eorum sibi subiugavit, et obiit anno domini millesimo ducentesimo septuagesimo[3]) secundo. VIII Idus Augusti. Cuius corpus requiescit in insula Budensi in ecclesia Beatae Virginis in loco Beginarum.[4]) Hic habuit unum filium ducem Ladislaum regem.

22. Huic successit Ladislaus filius eius, qui prius Othocaro rege Bohemiae in proelio interemto, et cumanis, dei adiutorio viriliter in bello campestri superatis. tandem per ipsos cumanos prope castrum Kereszeg[5]) est interfectus circa

[1]) Martii. Edit. [2]) In Edit. locus depravatus: Hic fuit in monasterio primus Bulgarorum in proelio superatus. [3]) quinquagesimo [4]) Reginarum [5]) Editio mendose: Kechvesvitz.

23. Supradictus autem rex Stephanus filius Belae habuit filias tres; ex quibus una vocabatur Maria, quae fuit tradita in consortem magno Carolo regi Siciliae, ex qua ipse rex habuit filios quinque. Primogenitus fuit dux Carolus qui debebat succedere patri suo in regno Siciliae. Secundus fuit S. Ludovicus episcopus Tholosanus. Tertius fuit rex Robertus. Quartus fuit Philippus, et quintus Johannes principes.

duodecimum annum regni sui, anno scilicet millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto. Cuius tempore tartari instinctu cumanorum, qui evaserant, et se in Tartariam receperant secunda vice, scilicet anno domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio Hungariam invaserunt, et usque Pest miserabiliter omnia cremaverunt.

23. Tertio autem decimo die obitus eiusdem Ladislai regis, Andreas dux, nepos scilicet secundi regis Andreae praedicti, patris scilicet Belae regis quarti coronatus est. Vivente enim adhuc eodem Ladislao rege ductus fuerat in Hungariam Hic multa adversa passus, tandem anno domini millesimo trecentesimo primo, in die sancti Felicis in Pincis moritur, et in castro Budensi apud fratres minores sepelitur.

24. Supra dictus autem Stephanus rex quartus filius Belae quarti habuit filias tres; ex quibus una vocabatur Maria, quae fuit tradita in consortem Carolo claudo filio Caroli magni regis Siciliae, ex qua ipse rex habuit filios quinque. Primogenitus fuit dux Carolus Martellus, qui debebat succedere patri suo in regno Siciliae. Secundus fuit sanctus Ludovicus episcopus Tholosanus. Tertius fuit rex Robertus. Quar-

24. Praedictus ergo dux Carolus habuit filium Carolum regem Hungariae, qui fuit coronatus anno domini M CCC. et regnavit annis XLII. Obiit autem anno domini M.CCCXLII. XVIII die mensis Julii. Cuius corpus reconditum est Albae in ecclesia maiori. Iste rex multas adversitates fuit perpessus a principio sui regiminis, per annos quamplures a tirannis sui regni infidelibus. Et tandem factus fuit potens, et in regno pacifico vitam finivit, relictis filiis tribus: duce Lodovico postea facto rege, qui ei successit; duce Andrea facto rege Siciliae, Stephano Dalmatiae Slavoniae et Croatiae duce, qui nunc in ipso suo ducatu existit, scilicet anno domini MCCCLIV. Nunc autem regnat laudabiliter dominus Lodovicus de quo supra, qui potentior fuit factus de patre suo, et subiugavit Croatiam et Dalmatiam a medio Carnery usque ad fines Duracy. Qui etiam nos et nostram ecclesiam liberavit ab dicto onere castri Medve. Hic fuit coronatus post obitum patris sui die sexto: scilicet anno domini MCCCXLII.

tus fuit Philippus, (et quintus Johannes) principes.

25. Praedictus autem dux Carolus Martellus habuit filium Carolum regem Hungariae, qui fuit coronatus anno domini millesimo trecentesimo, et regnavit annis quadraginta duobus. Obiit autem anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, die decima octava mensis Julii. Cuius corpus reconditum est Albae in ecclesia maiori. Iste rex multas adversitates fuit passus in principio sui regiminis per annos quamplures a tyrannis sui regni infidelibus. Et tandem factus fuit potens, et in pace vitam finivit, relictis filiis tribus: duce scilicet Ludovico postea rege, qui ei successit; Andrea facto rege Siciliae; Stephano Dalmatiae Slavoniae et Croatiae duce. Qui Stephanus obiit in vigilia beati Laurentii, anno millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto, de exercitu moto contra Rascianos. Nunc autem feliciter regnat dominus Ludovicus rex de quo supra; qui potentior factus fuit patre suo, et subiugavit Dalmatiam et Croatiam a medio Caranerii usque ad fines Duracii. Hic fuit coronatus post obitum patris sui die sexta, scilicet anno domini millesimo trecentesimo quadragesimo secundo.

Liber statutorum capituli Zagrabiensis, cui chronicon eiusdem nominis adnexum est, conscriptus fuit anno 1334, continuatus autem usque ad annum 1354, in quo desinit, Stephano Sclavoniae duce adhuc vivente. Qui tamen teste chronico Varadiensi obiit eodem anno in vigilia beati Laurentii.

Initium libri. Dei nomine invocato ad laudem eius et domini nostri Jesu Christi, matrisque ipsius Virginis gloriosae, et totius coelestis curiae, quaedam utilia et memoria digna pro statu capituli Zagrabiensis ecclesiae, tam in regestrandis iuribus reditibus et proventibus ipsius capituli, ac etiam aliis incidenter quoque in statutis editis ab olim in sensu ut plurimum, et nunc ad litteram per ordinem subsequuntur. Quae quicunque de corpore ipsius capituli voluerit cum effectu memoria retinere suoque loco et tempore ordineque patefacere, invenietur inter eos, quos regit ratio concordiae servandae, et status proprius, ecclesiae pro suo modulo fidelissimus conservator. Descripta autem et collecta sunt minutim quae sequuntur anno dominicae incarnationis millesimo tercentesimo trigesimo quarto, et publicata in vigilia beati Laurentii martyris eodem anno: quamuis post haec sint quaedam addita, et de novo scripta, sicut plurimum ex dato singulorum plenius apparebit.

Ante omnia autem est nota dignum, quod ecclesiae Zagrabiensis cathedralis est fundator rex Hungarorum S. Ladislaus, cuius festum colitur quinto kal. Julii, et eius obitus recolitur anno dominicae in carnationis MXCV. IV. Kal. Augusti feria prima. Tempore autem eius regiminis notabilius in aliqua parte Schlavoniae, et in aliqua totaliter coepit vigere nomen Christi. Ipse etiam Zagrabiensem ecclesiam in honore sanctissimi regis Stephani fundaverat, et multis possessionibus iuribus et praerogativis dotaverat. Sed processu temporum advenientibus tartaris, et totum regnum Hungarie ac eius decorem flebiliter devastantibus, tempore domini Belae regis quarti, filii Andreae regis, patris beatae Elisabethae, privilegia ipsius ecclesiae metu ipsorum tartarorum fuerunt asportata pro conservatione

in insulam marinam Arbum vocatam, nec exinde potuerunt omnia rehaberi. Et quomodo hoc acciderit ignoratur, ex quo nullus iam vivit, qui facti seriem posset iam scire, ac sic creditur, quod propter hoc non in paucis suis iuribus damnificata fuerit ecclesia supra dicta, que per dominum Timotheum, olim ipsius ecclesiae episcopum, cum novo opere secundario incepta, prout apparet nunc processisse recolitur, et procedit adhuc domino concedente.

(Hactenus initium libri; sequuntur statuta capituli secundum suas rubricas, et post haec privilegia et diplomata tam regum, quam episcoporum. Ad calcem vero libri sequitur tractatus de nominibus et temporibus ducum et regum Hungariae eadem manu conscriptus.)

Chronicon Varadiense insertum est libro statutorum capituli Varadiensis. Statuta haec conscripta fuere post mortem Dominici episcopi qui „obiit anno domini MCCCLXXIV. in vigilia festi omnium sanctorum.“

Initium libri. In Christi nomine. Amen. Ad honorem omnipotentis Dei et gloriosae Virginis Mariae, et sancti regis Ladislai cuius reliquias complectimur, constitutiones et statuta capituli ecclesiae Varadiensis incipiunt. — — Nos capitulum ecclesiae Varadiensis ad nostram communem utilitatem, et nostrum ac ecclesiae nostrae profectum, recensitis constitutionibus nostris, ab olim memoriter sine scriptis servatis, quosdam ex ipsis adprobavimus, plerasque declaravimus, novas concorditer adiunximus, prout temporum varietati credimus expedire, ipsasque in unum librum per venerabilem virum Dominum Emericum, dictae ecclesiae nostrae canonicum et lectorem de nostro mandato redactas, et sub debitis titulis collocatas, in omnium et singulorum, quorum interest, notitiam scriptis praesentibus duximus deferendas, et easdem solemniter publicandas. — —

C. I. De fundatione ecclesiae nostrae Varadiensis, et devastatione eiusdem per tartaros facta.

Ante omnia est nota dignum, quod ecclesiae nostrae Varadiensis fundator est beatissimus Ladislaus olim Hun-

gariae rex, cuius translationis festum colitur quinto kal. Julii, et eius depositio recolitur anno domini MXCV. IV. Kal. Augusti. Fundavit autem ipsam ecclesiam et dedicavit in honorem beatissimae matris Mariae Virginis; instituens primo in ea praepositum et canonicos numero viginti quatuor computato praeposito; et tandem evexit ipsam in episcopalem, multis possessionibus iuribus et praerogativis dotavit. Sed processu temporum tartaris totum regnum Hungariae tempore Belae regis IV. filii Andreae regis, patris sanctae Elisabeth, anno scilicet domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo flebiliter devastantibus, omnibus privilegiis ipsius ecclesiae, praeter quondam privilegium Henrici anno domini MCCIII-o confectum, alienatis et combustis, creditur quod dicta ecclesia in multis bonis et iuribus suis damnificata fuerit. Testatur enim idem rex Bela per privilegium suum confirmans ipsum privilegium Henrici regis, ita inquiens: „quod cum propter devastationem quae per tartaros culpis nostris exigentibus accidit, permittente domino sicut creditur, priuilegia ecclesiae nostrae Varadiensis, super donationibus eidem ecclesiae factis, in qua quidem corpus sanctissimi praedecessoris nostri regis Ladislai venerabiliter conquiescit, perdita fuissent et combusta, et solum quoddam privilegium regis Henrici piae recordationis illaesum remansisset, donationes quasdam continens.“ Perditis vero et combustis eisdem privilegiis orta fuit tandem inter episcopum et nos discordia, et demum sedata per Lodomerium episcopum, prout habetur clarius infra sub tertia particula capitulo I-o de instrumentis. Erat autem eadem ecclesia ex prisca fundatione sui speciosa satis, sed tandem fecit eam ampliorem in longitudine Andreas episcopus, et multipliciter decoravit, sicut patet intuentibus. Novissimis vero diebus idem anno millesimo tercentesimo — secundo inchoavit aliam ecclesiam, quae priorem sua magnitudine circumcinxit, et pulcritudine exsuperat, et consummavit omnes cellas circa chorum, praeter testudines quas perfe-

cit Demetrius episcopus de rapina pauperum. Qui obiit anno millesimo tercentesimo — die septima mensis Decembris, et sepultus est in una earundem capellarum novarum, quam ipse sufficienter dotavit, et in honorem sancti Demetrii martyris dum viveret dedicavit.

Sequitur C. II: de nominibus et temporibus regiminum regum Hungariae. Cap. III. agit: de nominibus et temporibus regiminum episcoporum ecclesiae Varadiensis, ponitque primum Colomannum, qui S. Ladislao de vita migrante „successit eidem in regno per dispensationem apostolicae sedis. Qui cum horas canonicas ex debito pontificalis dignitatis exsolveret, Kewnwes Kalman vocabatur."

V.

JOANNIS DE VTINO

BREVIS NARRATIO DE REGIBUS HUNGARIAE.

I. Sanctus Stephanus primus rex regni Hungariae regnavit annis 46.[1]) Anno domini 969 Geisa princeps quartus ab Arpad, qui Pannoniam intravit, divino praemonitus oraculo genuit S. Stephanum regem Vngariae, qui a S. Adalberto episcopo bohemorum una cum filio in Strigonio baptisatus est. Mortuo autem Geisa anno domini 997[2]) S. Stephanus coenobium in monte Pannoniae construxit, et archiepiscopatum, alios episcopatus decem fundavit. Etiam coenobium in Veteri Buda in honorem sanctorum Petri et Pauli apostolorum aedificare incepit, quod S. Ladislaus deinde complevit. Cui postea papa coronam egregii operis, quam procuravit fieri pro duce Miska[3]) polonorum scilicet, Sancto Stephano divinitus amnonitus, cum cruce et apostolica benedictione destinavit. Postea vero augusti videlicet Henrici[4]) Pii sororem Kellam in matrimonio sibi sociavit, ex qua plures genuit filios, sed inter alios unus fuit S, Emericus, cuius memoria in benedictione habetur. Sanctus vero Stephanus post multas tribulationes christianae fidei infidelium, migravit ad dominum, et est sepultus in Alba regali.

II. Petrus regnavit annis VI. Petrus sororius sancti Stephani, filius Wilhelmi qui fuit frater sancti Sigismundi regis Burgundorum; electus est in regem. Quem Petrum hungari exosum habuerunt.

---

[1]) 36. Cod. Toldy. [2]) 995. [3]) Michca. Cod. T. [4]) Hainrici.

quam secularibus est susceptus. Filii Belae praedicti scilicet Geysa cum duobus parvulis fugerat in Poloniam. Imperatore a regno recedente Geysa intravit, quem timens Salomon retrocessit in Moson castrum. Tamen mediantibus religiosis concordati sunt. Rex et frater suus David liberos non habuerunt. Dux vero Geysa genuit Colomannum et Almum. Bohemi intrantes regnum, multa spolia deportaverunt, pro quo rex et dux Bohemiam igne et gladio vastaverunt. Post hoc Cuni pagani de regno multa spolia deportaverunt, quos dux sanctus Ladislaus frater Geisae[1]) ducis persequebatur. Quendam paganum portantem puellam interfecit, puellam liberando. Ibidem sanctus Ladislaus in fronte est vulneratus. Postea rex et duces multa bella victoriosa contra Graecos et Saracenos(gesserunt) ubi in divisione spoliorum dissenserunt sic, ut rex cum ducibus magnum conflictum in loco ubi nunc Vacia habuerunt, ubi dux Otto bohemorum est interfectus, et rex Salomon per Danubium fugit usque ad Moson.

VII. Geisa I regnavit annis 3. Geisa et Ladislaus venerunt in Albam, ubi Geisa est coronatus. Postea ecclesiam Vaciensem fundavit. Salomon vero collegit se ad castrum Posoniense, quod dux sanctus Ladislaus obsedit. De quo Salomon contra sanctum Ladislaum exibat pugnare volens. Ubi super caput sancti Ladislai duos vidit angelos, retrocessit. Postea rex Geisa voluit regnum resignare,[2]) et ducatum tenere, sed morte praeventus migravit ad dominum, et sepultus est Vaciae.

VIII. Sanctus Ladislaus I regnavit annis 19. Post mortem Geisae universa multitudo sanctum Ladislaum fratrem eius in regem elegerunt, eo contradicente. Tamen nunquam coronam in capite suo posuit, pro eo quod ius legitimum non habebat. Et quarto anno sui regiminis pacificatus est cum Salomone, dans ei stipendia ad regales expensas sufficientia. Postea retrusit Salomonem in

---

[1]) Cod. Toldyan. Belae. [2]) Cod. T. designare.

Visegrad in carcerem. Sed in elevatione corporum sanctorum Stephani et Emerici dimissus est. Qui fugiens ad ducem Cumanorum, qui invadentes Hungariam. Quos rex sanctus Ladislaus contrivit, et rex Salomon cum duce Cumanorum fugierunt. Et rex post multas tribulationes deposito scuto abiit in opacas partes silvarum, nec unquam ultra comparuit. Postea vero tempore Colomanni regis semel in Hungaria apparuit. Et totum tempus vitae in peregrinatione consumavit, et Polae in civitate Istriae est sepultus. Uxor autem eius et mater in Agmund requiescunt. Sanctus vero Ladislaus postea multa bella cum Cunis et Ruthenis etc. gessit, Mortuo imperatore electores eum ad imperium petierunt. Hoc recusavit. Ad passagium, ad petita regum Franciae, Hispaniae et Angliae se obtulit, prius tamen voluit fratres, duces videlicet bohemorum concordare, Conradum et Scentepoluch, ubi in confiniis bohemorum eum gravis infirmitas invasit. Ubi Almum filium fratris sui Geisae regnaturum post se instituit. Idem vero simplicitate ductus Colomannum fratrem suum cum corona honoravit.

IX. Colomannus primus regnavit annis 25 menses 6. Colomannus filius Geisae erat yspidus pilosus luscus gibbosus claudus et blesus; sed astutus et docilis. Est coronatus, et fratri suo Almo ducatum concessit. Hic iter peregrinis Jesu Christi per Hungariam prohibuit, tamen potentia mediante, multis ungaris interfectis transierunt. Postea rex et dux suggestione malorum exercitus congregaverunt. Fideles autem dixerunt: pugnent ipsi duo simul, et quis ipsorum praevaluerit, ipsum pro domino habeamus. Imperator vero pacem inter eos firmavit. Sed postea rex cepit ducem et filium eius Belam, quos excaecavit, et infantulum castrare praecepit. Quod executores non fecerunt, sed testiculos catuli regi detulerunt. Hic Colomannus Cunves appellatur, quia fuit episcopus Varadiensis.

X. Stephanus II regnavit annis 18. Stephanus filius Colomanni coronatus multa mala fecit, et liberis caruit; et cum Belam excaecatum vivere rescivit gavisus est. Cui tradidit uxorem, ex qua genuit ipse Bela Geisam. Hic rex dilexit Cunos, et multos ungaros Cunos odientes interficere iussit. Idem rex debilis extendens manus suas in Cunos, qui praecipites irruerunt ad osculandum manus eius, et prae nimia pressura defatigaverunt regem; unde etiam recidivo dolore correptus[1]). Et cum esset in articulo mortis monachalem habitum relicto regno suscepit. etc.

XI. Bela secundus caecus regnavit annis 9. mens. 11. Bela caecus filius Almi ducis caeci regnavit; qui omnem suam spem posuit in domino. Qui ex Helena quatuor genuit filios, scilicet: Geisam Ladislaum Stephanum et Almum. Regina vero in congregatione petivit vindictam de illis fieri, qui excaecaverunt dominum suum. Nam ibidem ex baronibus et nobilibus 68 fuerunt occisi. Et quia ungari semper fluctuant, ut mare salsum, mittebant pro quodam adultero nomine Barich, ut regnum susciperet. Rex vero fretus divino auxilio, omne robur Barich contrivit. Qui Bela erat bibulus, et in illa ebrietate largus (erat, et post ebrietatem) implere (promissa) non potuit.

XII. Geisa II. regnavit an. 20. men. 3. Geisa filius Belae coronatur. Cuius tempore castrum Posoniense per teutonicos furtim capitur. Rex vero Henricum ducem Austriae et Saxones et Bavaros fugavit. Huius tempore Conradus imperator per Hungariam transivit versus Jerosolimam, et a regno Hungariae magnam pecuniam vi extorsit. Et post eum rex Lodovicus Francorum pacifice transivit, quem rex multum honoravit.

XIII. Stephanus III. regnavit annis 11. mens. 9. Stephanus tertius Geisae filius coronatur, qui regnavit an-

[1]) corruptus. Cod. T.

nis 11. mens. 9. In cuius imperio dux Ladislaus filius regis caeci usurpavit sibi coronam dimidio anno; migravit ad dominum anno domini 1162. Cuius corpus Albae requiescit. Stephanus frater eiusdem, similiter Belae caeci filius, coronam usurpat, sed mensibus quinque postea expulsus est de regno, et obiit anno domini 1163 mense Aprilis. Cuius corpus Albae quiescit. Stephanus vero filius Geisae obiit anno domini 1173, mense Martio. Cuius corpus Strigonii quiescit.

XIV. Belae III. regnavit an. 23. Bela frater eiusdem, scilicet filius Geisae, qui fures et latrones persecutus est, et petitionibus loqui traxit originem, ut romana habuit curia et imperii. Obiit anno domini 1190. Cuius corpus Albae quiescit.

XV. Emericus regnauit ann. 8. mens. 7. Emericus filius Belae. Huius uxor domina Constantia, filia regis Aragoniae caesari Friderico per consilium apostolici copulatur. Obiit anno domini 1200. Requiescit in ecclesia Agriensi. Ladislaus filius Emerici regnavit menses sex dies 12. Obiit anno domini 1201, et corpus eius quiescit Albae.

XVI. Andreas rex. Migravit ad dominum anno eiusdem 1235. Requiescit in monasterio in Egrus, et regnavit annis 30. Andreas filius Belae III-i, qui genuit ex Gerdrude de Alemania Belam Colomannum et Andream ac sanctam Elisabeth. Cuius tempore quidam Wankbanus dominam reginam gladio transfixit anno domini 1212. Aliqui fingentes eam nefandam; cui contrarium per legendam sanctae Elisabeth probatur esse verum. Ipsa domina in Pelisio quiescit. Pro quo in omni genere Wangk magna sanguinis effusio est subsecuta. Rex vero terram sanctam intravit, ubi victor contra Soldanum extitit gloriosus; multas sanctorum reliquias secum portans. Filiam suam sanctam Elisabeth Lodovico Lantgravio Thuringiae tradidit in uxorem. Qui Lodovicus postae cruce signatus,

devote Jerosolimam pergens, ibidem migravit ad dominum. Cuius festum ibidem celebratur.

XVII. Bela rex anno domini 1235. Strigonii quiescit, et regnavit annis 35. Bela rex anno domini 1235, filius eius, post eum coronatus. Cuius tempore tharthari cum quinquies centenis milibus armatorum regnum Hungariae intraverunt. Contra quos rex proelians; ubi fere extinguitur militia universa. Rex fugiens ad mare. Et tharthari tribus annis in regno permanserunt. Hoc fuit tempore 1241. Reverso rege, contra Novam civitatem cum Friderico duce Austriae bellum habuit, in quo dux est interfectus; rex autem bellum perdidit. Iterum rex cum Ottokaro rege bohemorum circa Moravam conflictum habuit; a quo boemo victus fugit circa Hainburgam. Huius etiam tempore plebs flagellis se feriendo universaliter discurrebat.

XVIII. Stephanus 4[1]) regnavit annis 2. Stephanus filius Belae statim coronatus est. Hic Ottokarum regem bohemorum ante fluvium Rapheza devicit et fugavit. Postea regem bulgarorum compulit sibi deservire. Obiit anno domini 1272. Sepultus est in insula budensi in loco beginarum.

XIX. Ladislaus tertius regnavit 18 annis et sepultus est Chanadini. Ladislaus filius Stephani, statim est coronatus. Imperatore adiuvante ipsum, Ottokarum praedictum circa Moravam interfecit. Postea anno domini 1282. Cuni voluerunt sibi regnum subiugare, quos rex prostravit, et Cuni fugientes ad tartaros, et cum eis secunda vice usque ad Pescht universa combusserunt. Rex filiam regis Apuliae duxit in uxorem, tamen filiabus adhaesit Cunorum, pro quo a legato papae vinculo excommunicationis est correctus. Rex vero nihil advertens, postea miserabiliter a Cunis est interfectus anno domini 1290. Hujus tempore coepit Ungaria a sua magnifica

[1]) Toldyanus 5.

gloria reflecti, ceperunt bella surgere, civitates confringi, villae comburi, pax et concordia conculcari, divites deficere, et nobiles rusticari prae inopia paupertatis. Nam homines more pecorum bigis iuncti vices animalium impendebant.

XX. Andreas tertius regnavit ann. 11 et Budae est sepultus apud Minores. Andreas dux de Venetiis eodem anno est coronatus, qui fuit secundi Andreae nepos. Nam Andreas post reversionem de Jerusalem duxit filiam marchionis Estensis. Quae domina post mortem regis ostendit se primatibus gravidam, recessit ad patrem in Italiam, peperitque Stephanum. Idem Stephanus excedens contra avum eundem, fugit tandem in Venetiis, duxit cuiusdam potentis civis filiam in uxorem, ex qua genuit praedictum Andream. Qui fretus auxilio suorum venit in Hungariam adhuc Ladislao praedicto vivente, eo autem interfecto est coronatus. Qui Austriam debellavit. Plures nobiles in praeiudicium regis a Bonifacio papa VIII-o[1]) petierunt quendam Karolum puerum 11 annorum, regis Siciliae ac Mariae regis Stephani filiae regis Ungariae filium. Sed legati papae cum puero nihil agere valentes ad papam redierunt.

XXI. Wenceslaus postea vocatus est Ladislaus Budae regnavit annis 2. Post mortem Andreae quidam ad Wenceslaum regem Bohemiae miserunt, quem Ottokarus e filia quarti Belae genuit, qui filium suum etiam Wenceslaum eis in regem tradidit, qui in coronatione Ladislaus est appellatus. Et Budae degens nullum castrum, nec aliquod ius regale habuit. Nam aliqui Karolum, alii Ladislaum pro rege, nomine et non re habuerunt. Pro quo (pater) eius filium suum coronatum, cum corona reduxit in Bohemiam. Eo tempore iterum legatus papae pro Karolo in Ungariam venit, sed videns se nihil posse proficere, reversus est in curiam.

XXII. Otto coronatus, captus et postea de regno expulsus est. Interim quidam alii nobiles Ottonem ducem Bavariae introduxerunt, et secum coronam sibi per Wences-

---

[1]) Cod. Toldyanus: IX-o.

laum datam portando anno domini 1304 est coronatus. Postea terram Erdel intravit, ubi a Ladislao Vajvoda captus, et diu vinculatus, et postea de regno expulsus est.

XXIII Carolus regnat annis 42. Anno domini 1309 legatus papae vinculo excommunicationis communitatem regni in regem suscipere Karolum compellebat, qui anno domini 1310 est coronatus. Cui regi quidam Mathaeus de Trinczinio adversitates condit. Rex primo duxit (uxorem) Mariam polonicam, postea Beatricem filiam regis romanorum sororem regis Bohemiae; ultimo Elizabeth filiam Ladislai regis polonorum. Ex qua genuit Karolum et Ladislaum, qui fuerunt mortui, et postea Ludovicum. Anno domini 1330 quidam miles Felicianus de genere Zaach in Visegrad ante regis mensam clam intrando manum regis dextram vulneravit[1]), et reginae quatuor digitos amputavit, et duos filios regis, scilicet Lodovicum et Andream occidere voluit, sed paedagogis intervenientibus vani evaserunt. Qui Felicianus cum tota progenie est interfectus. Postea rex Basarad vaywodam Walachorum de terra expellere voluit, qui se regi subdidit ordinata pace. Rex confisus in eo, et ab eodem multa et innumerabilia damna est passus, ita quod vix solus salvus evasit. Mortuus est rex 1342.

XXIV. Lodovicus regnavit annis quadraginta. Lodovicus filius Karoli anno eodem, scilicet 1342, et tertia die post obitum patris est coronatus, qui etiam rex Poloniae fuit. Hic erat pacificus, tamen adversarios sibi subiecit, nam et Venetos censuales fecit coronae. Hic filiam suam Mariam Sigismundo, imperatoris Caroli et regis Bohemiae filio desponsavit. Aliam filiam scilicet Hedwigem, Wladislao duci Masoviae cum regno Poloniae tradidit in uxorem, et obiit anno domini 1382.

XXV. Sigismundus. Sigismundus Caroli imperatoris filius, antequam solemnitates nuptiarum celebravit, barones adduxerunt alium Carolum de Sicilia, cui voluerunt Mariam Sigismundo prius desponsatam una cum regno tradere. Et eadem scilicet nocte, quando debebant

[1]) vulneratus est. T.

nuptiae celebrari, quidam Forgach volente regina eundem Carolum in castro Visegrad interfecit, pro quo est cum castro Gimesch hereditarie remuneratus. Et Sigismundus anno domini 1386 est coronatus, et anno domini 1396 cum Bayzath imperatore Turcorum conflictum sub castro Nycapoli habuit, ubi pauci ex christianis evaserunt. Et anno domini 1400 per barones rex Budae fuit captus; pro quo postea multos barones et nobiles fecit decollari. Elapso parvo tempore iterum fuit captus, et Nicolao de Gara ac fratri eius fuit ad custodiendum assignatus. De manibus quorum, ipsis volentibus exivit, quos postea remuneravit. Mortua Maria duxit Barbaram, Hermanni comitis Ciliae filiam, ex qua genuit Elizabeth, quam tradidit Alberto duci Austriae in matrimonium.

XXVI. Albertus. Albertus dux Austriae et romanorum, Hungarie Bohemiae rex. Hic nec Aquisgrani, nec Romae coronatus fuit, quod praeventus morte illa adimpiere non potuit, quia non integre duobus annis regnavit, et sepultus est in Alba regali.

XXVII. Ladislaus Hungariae Bohemiae, Dalmatiae Croatiae etc. rex, Austriaeque et Stiriae dux, marchio Moraviae etc. regnavit annis 18, et Pragae[1]) sepultus est in castro. Ladislaus filius Alberti, post mortem patris in festo Cathedrae sancti Petri natus, et statim in die Pentecostes sequenti 13 existens septimanarum Albae coronatus, una cum sacra corona duci Alberto Austriae, postea Friderico regi romanorum propter dissensiones praelatorum et baronum regni, per matrem ad enutriendum est assignatus. Eodem tempore Wladislaus rex polonorum per quosdam in regem Hungariae introductus, qui non sacra, sed alia corona fuit coronatus. Et postmodum cum suis adhaerentibus exercitualiter dominam Elizabeth reginam, genitricem Ladislai in civitate Posoniensi circumvallavit, et de castro Posoniensi in civitate, cum ictibus lapidum de bombardis proicere mandavit, sed nihil proficere valuit. Inde confuse cum damno recessit. Qui finaliter in exercitu contra turcos est interfectus. Et postea

[1]) Papae. Cod. T.

Johannes de Hunyad in gubernatorem electus est, et pluribus annis regnum decenter ac magnifice gubernavit. His temporibus Fridericus romanorum rex, cum rege Ladislao, ac Alberto duce Austriae fratre suo pro corona imperiali suscipienda Romam perrexit, et in reditu in Novam civitatem Australes communiter ab imperatore praedictum regem Ladislaum exercitualiter venientes postulaverunt, quem dictus imperator eis tradidit. O utinam istam postulationem nunquam excogitassent! Postea gubernator Hungariae Ladislao regnum resignavit. Qui rex varios consiliarios habuit, propria commoda quaerentes, regem ad Bohemiam pro coronatione portantes, et hinc inde ducentes, tandem ad Hungariam cum cruce signatis usque in Nandoralbam deducentes, sed nil utile proficientes, et iterum ad Pragam reducentes. Ubi subita peste infectus vitam temporalem feliciter terminavit anno vitae suae et coronationis 18-o. Et sepultus apud proavum suum Carolum imperatorem in castro Pragensi anno domini 1457 in die sancti Clementis. Huius etiam tempore mortuus fuit Frater Johannes de Capistrano Ordinis Minorum de Observantia, praedicator in diversa regna per Nicolaum V-um missus, et per invocationem nominis Jesu Chirsti, et sancti Bernhardini multi sanati sunt.

Post mortem Ladislai praelati et barones cum communitate regni Budae congregati Michaelem de Sylagy in gubernatorem elegerunt, et Mathiam Johannis de Huniad comitis Bistriciensis quondam gubernatoris filium, qui detentus Pragae fuit, apud Georgium electum regem Bohemiae, in regem Hungariae elegerunt, in profesto Conversionis sancti Pauli anno domini 1458. Parvo elapso tempore praedictus gubernator ex instinctu quorundam in captivitatem regiam est receptus, unde salvus exivit. Medio tempore aliqui ex potioribus regni Hungarie dominum Fridericum imperatorem romanorum in regem Hungariae elegerunt, qui sacram coronam regni Hungariae in potestate pluribus annis habuit, et adhuc tenet.

Quinque-Ecclesiis 1884. Typis Michaelis Taizs.